DE ELOCUTIONE DIODORI SICULI
DE USU AORISTI ET IMPERFECTI.
PARS I.

DISSERTATIO INAUGURALIS PHILOLOGICA

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AUCTORITATE

AMPLISSIMI PHILOSOPHORUM ORDINIS

IN

UNIVERSITATE FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

THEODORUS HULTZSCH
SAXO-BORUSSUS.

HALIS SAXONUM,
FORMIS KAEMMERERIANIS
MDCCCLXXXXIII.

Praefatio.

Cum mihi de Diodori Siculi usu aoristi et imperfecti scribere proposuissem, non illud intendi, ut quaestionem proferrem penitus absolutam. Quam ob rem non omnia respicere volui verborum genera, sed ea potissimum selegi, quorum usus vel singularis esset vel a sermone Attico recedere videretur. Nam etsi sescentena diversorum generum contuli exempla, tamen ea, ex quibus nihil fere fructus percipere possumus, aut non putavi tractanda esse aut paucissimis, ne iis qui legunt onus rerum inutilium molestum fieret. Quae his deductis supererant, cum huius disputationis modum excedere intelligerem, partim in aliud tempus mihi seposui. Ut autem elocutionem Diodori perlustrarem, alia praeterea causa adductus sum. In libris enim perlegendis id in dies magis apparere videbatur: si de fontibus, ex quibus ille hauserit, iudicare velimus, antea in usum sermonis inquirere necesse esse. Nam etsi quaedam elocutionis differentiae ipsi scriptori tribui possunt, utpote qui sermonem paulisper variaverit — quod in opere extenso non mirum erat — tamen non paucas puto ex libris, quibus usus est, prodisse. Sed de hac re alio loco accuratius disserere in animo est.

Ac praeterea, ut hanc quasi provinciam angustioribus finibus circumscriberem, coniunctivi et optativi usum plane hoc in libello neglegere constitui tantumque exponere, qua ratione modus indicativus atque participia et infinitivi, quae pro eiusmodi indicativis posita sunt, adhibeantur. Nec meum

putavi esse, de usu temporum in universum plura dicere; qua de re viri doctissimi antea satis disputaverunt nuperque et alii et Fridericus Blass[1]) ac praecipue Fridericus Hultsch[2]). Quae hic cum elocutionem Polybii respiceret, exposuit, ea de causa sunt magni momenti, quod sermo Polybianus huius scriptoris sermoni simillimus est. Qua de causa satis habui ea, quae ab aliis dicta sunt, exemplis ex Diodoro petitis probasse ac potius illa accuratius tractasse, quae apud hunc scriptorem singularia et a reliquis diversa inveniuntur. Qua in quaestione plurimum oberat mala condicio librorum Diodori, qui in codicibus et mutili exstant et innumeris scatent corruptelis. Huc autem accedit, quod nulla praesto est recensio, quae hac aetate sufficiat, ex qua clare ac distincte, quae verba in libris manuss. legantur, et omnino codicum ipsorum naturam cognoscere possis. Nam novissima recensio, quam Fridericus Vogel in lucem edidit[3]) [Diodori Bibl. Hist. ed. Frid. Vogel Lipsiae vol. I 1888 II 1890] nondum ad finem perducta est. Quam ob rem in textu emendando et certis legibus constituendis cautissime egi.

Attamen nonnulla afferre licet, quae singularia sunt et digna, quae commemorentur. Quas res paucis hoc loco indicare volo. Cum enim per se pateat, scriptoris ipsius cogitatione effici, utrum aoristum an imperfectum ponat, mirari non debemus, ubi aoristum exspectamus, a scriptore imperfectum interdum adhiberi. Sed uti unusquisque scriptor elocutionem sibi fingit ex suo ipsius ingenio, sic legibus et regulis a se constitutis paulatim quasi vincitur. Quo fit, ut quaedam verba inveniantur, quorum aut semper aut plerumque a scriptore aoristus aut imperfectum usurpatur. Qua in re nihil est novi. Notissimum enim est, ut exemplo

---

1) F. Blasse Demosth. Stud. III Rhein. Mus. XIV (1889) p. 410 ss.

2) F. Hultsch Erzähl. Zeitformen bei Polybius. Abhandl. d. Sächs. Ges. d. W. XIII (1891) I et IV (1892), imprimis I 5 ss.

3) Haec est collatio, quam Richardus Bergmann fecit cf. Vogel praef. I.

utar, verbum ἥκειν semper imperfecto in rebus narrandis positum esse, numquam aoristo. Sed sermonem illum, qui ἡ κοινή vocatur, etiam hac re puto a sermone Attico differre, quod mobilitatem illam quasi deposuit et certis regulis inhaerere magis magisque assuevit. Quo factum est, ut quorundam verborum velut ἀντέχεσθαί τινος, ἀντέχειν τινί, fortasse etiam verbi προσέχειν τινί, dein προάγειν ‚procedere' semper imperfectum, verborum παραγίνεσθαι et ἐπιγίνεσθαι et πλησίον γίνεσθαι ‚advenire' ‚appropinquare' semper aor. in rebus narrandis inveniatur; verbi ἐπανιέναι ‚reverti' et ἐπιβάλλεσθαι, ‚sich mit etwas befassen', paucis locis part. praes. legitur, reliquis ind. part. inf. aor., v. παριέναι uno loco impf. paucis part. praes. ceteris aor.

Sed de hac re hactenus. Liceat mihi ad ea quae mihi proposui exponenda progredi.

Disserui primum de iis locis, quibus in rebus enarrandis aoristus et imperfectum variant, deinde de iis, quibus in eodem ombitu verborum particulis μὲν δέ aut καί coniuncto una aoristus et imperfectum leguntur, tum de verbis eundi et proficiscendi [praecipue παρελθεῖν, ἐπανελθεῖν, κατάγειν, προάγειν, στρατοπεδεύειν et verbis compositis, ἀναζευγνύειν et cet.] quartum de verbis navigandi: πλεῖν et comp., ἀπαίρειν, καταίρειν. In parte secunda deinde disseram quintum de verbo ἔχειν et compp.: ἀντέχεσθαι, ἀντέχειν, προσέχειν, ἀπέχειν ect., sextum de verbo γίνεσθαι et compp. praecipue παραγίνεσθαι, ἐπιγίνεσθαι, septimum tractavi composita verbi βάλλειν imprimis ἐπιβάλλεσθαι, ἐκβάλλειν, προσβάλλειν, octavum λείπειν et compp., deinde ἕπεσθαι, συνέπεσθαι denique verba accidendi συμβαίνειν et ἀποβαίνειν.

I. De aoristo et imperfecto.

Ut supra dixi, non in animo habeo hoc loco de generali usu aoristi et imperfecti disserere; sed eos locos imprimis respicio, quibus in longiore verborum circuitu aoristi et imperfecta invicem reperiuntur. Saepissime enim haec tempora intér se variant hoc modo ut iis locis, quibus actio incepta quasi progreditur vel finitur, aoristus adhibeatur, quibus paulum consistit neque ad finem perducitur, inveniatur imperfectum. Quae res non mira est neque solum apud hunc scriptorem aut Polybium [de cusus usu cf. F. Hultsch XIII I p. 5 ss. p. 14 ss.] aut reliquos sermonis vulgaris scriptores reperitur, sed totius linguae Graecae est communis. Cuius rei aptissimum exemplum legitur apud Homerum: ζ 71 ss.:

Ὣς εἰπὼν δμώεσσιν ἐκέκλετο, τοὶ δ' ἐπίθοντο.
οἱ μὲν ἄρ' ἐκτὸς ἄμαξαν ἐύτροχον ἡμιονείην
ὤπλεον, ἡμιόνους θ' ὕπαγον ζεῦξάν θ' ὑπ' ἀπήνῃ·
κούρη δ' ἐκ θαλάμοιο φέρεν ἐσθῆτα φαεινήν.
καὶ τὴν μὲν κατέθηκεν ἐυξέστῳ ἐπ' ἀπήνῃ,
μήτηρ δ' ἐν κίστῃ ἐτίθει μενοεικέ' ἐδωδὴν
παντοίην, ἐν δ' ὄψα τίθει, ἐν δ' οἶνον ἔχευεν
ἀσκῷ ἐν αἰγείῳ-κούρη δ' ἐπεβήσετ' ἀπήνης-
δῶκεν δὲ χρυσέῃ ἐν ληκύθῳ ὑγρὸν ἔλαιον,
εἵως χυτλώσαιτο σὺν ἀμφιπόλοισι γοναιξίν.
ἡ δ' ἔλαβεν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα,
μάστιξεν δ' ἐλάαν, καναχὴ δ' ἦν ἡμιόνοιιν·
αἱ δ' ἄμοτον τανύοντο, φέρον δ' ἐσθῆτα καὶ αὐτήν,
οὐκ οἴην· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι κίον ἄλλαι.

Quo loco prima pars quasi actionis aoristis *ἐκέκλετο* et *ἐπίθοντο* significatur: Alcinous advocavit servos et hi obsecuti sunt, sequitur apparatio currus forma imperfecti: *οἱ μὲν-*

ἄμαξαν ὤπλεον, ἡμιόνους θ᾽ὕπαγον, cuius finis est: *ζεῦξαν θ᾽ὑπ᾽ ἀπήνῃ*. Deinde eodem modo primum imperfectum adhibetur: *κούρη φέρεν ἐσθῆτα*, tum aoristus: *κατέθηκεν ἐπ᾽ ἀπήνῃ*. In tertia parte actionis iterum duo imperfecta apparationem cibi depingunt: *μήτηρ ἐν κίστῃ ἐτίθει ἐδωδὴν, ἐν δ᾽ὄψα τίθει*, quae res finitur aoristo *ἐν δ᾽οἶνον ἔχευεν*. Deinde actio tamquam gradatim progreditur, ubi aoristi inveniuntur: *κούρη δ᾽ἐπεβήσετ᾽ ἀπήνης - δῶκεν δὲ (μήτηρ) ἔλαιον - ἡδ᾽ἔλαβεν μάστιγα -μάστιξεν ἐλάαν*. Tum iterum paulum poeta consistit, ut iter describat: *καναχὴ δ᾽ἦν ἡμιόνοιεν- αἱ δ᾽ἄμοτον τανύοντο φέρον δ᾽ἐσθῆτα καὶ αὐτὴν, οὐκ οἴην. ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι κίον ὄλλαι.*

Hunc Homeri locum accuratius tractavi, quia quae supra dixi aptissime illustrat. Ac praeterea facile est intellectu saepenumero arbitrio scriptores effici, utrum tempus adhibeat; et hac re certe et scriptoris et tempora inter se differunt. Quam ob rem cavendum est, ne cum necesse sit scriptores intellegere et interpretari, nostram ipsorum sententiam eis obtrudamus et temere emendemus.

Sed ad Diodorum redeamus, qui saepissime imperfecto inter aoristos utitur. Velut in pugnis enarrandis rem ita administrare solet, ut singulas proelii partes tempore imperfecto describat, exitum autem et interdum eas res, quae sunt eximii momenti, aoristo exponat. XIII 10, 6 in pugna narranda semper legitur imperfectum, in fine tres aoristi *ὥρμησαν, κατέδυσαν, ἐποίησαν*, XIII 45 et 46 item primum imperfecta inveniuntur, deinde verbis *Ἀλκιβιάδης παραδόξως ἐπεφάνη* narrat, qua ratione subito fortuna pugnae conversa sit. Eadem de causa XIII 77 et 78 imperfectum et aoristus variant. XVII 19ss. proelium ad Granicum fluvium commissum scriptor exponit. Primum dicit, quomodo acies instructae fuerint: *τὸ μὲν οὖν εὐώνυμον μέρος εἶχε Μέμνων ὁ Ῥόδιος ..., μετὰ δὲ τούτους Ἀρσίτης ἐτέτακτο ... τὸ δὲ δεξιὸν κέρας ἐπεῖχον χίλιοι μὲν Μῆδοι*. Tum pergit *οἱ δὲ πεζοὶ τῶν Περσῶν ἦσαν μὲν οὐκ ἐλαττους τῶν δέκα μυριάδων, ὄπισθεν δ᾽ἐπιτεταγμένοι τὴν ἡσυχίαν ἦγον-. τῶν δ᾽ἱππέων παρ᾽ ἀμφοτέροις προθύμως εἰς*

τὸν κίνδυνον συμπεσόνιων τὸ μὲν εὐώνυμον μέρος ἐπέχοντες οἱ τῶν Θετταλῶν ἱππεῖς . . τεθαρρηκότως ἐδέχοντο τὴν ἐπιφορὰν.., tum sequitur aoristus, secunda pars proelii: Ἀλέξανδρος δὲ τοὺς ἀρίστους τῶν ἱππέων ἔχων κατὰ τὸ δεξιὸν κέρας μεθ᾽ἑαυτοῦ πρῶτος ἱφίππευσε τοῖς Πέρσαις, et iterum imperfectum, quo hic impetus protinus depingitur: καὶ σεμπλακεὶς τοῖς πολεμίοις πολὺν ἐποίει φόνον. Deinde c. 20 post participia ἀγωνίζομένων et ἀντιταττόντων, quae loco imperfecti sunt, invenitur aoristus: ἡ τύχη συνήγαγεν εἰς ἕνα τόπον τοὺς ἀρίστους. Tum iterum actio quasi procedit et iterum paulum consistit: ὁ γὰρ τῆς Ἰωνίας σατράπης Σπιθροβάτης - μετὰ μεγάλης δυνάμεως ἱππέων ἐπέρραξε τοῖς Μακεδόσιν, ἔχων δὲ συναγωνιστὰς . . ἀρεταῖς διαφόρους ἐνέκειτο τοῖς ἀνθεστηκόσι καὶ θρασεως ἀγωνιζόμενος οὓς μὲν ὑνῄρει τῶν ἀνθισταμένων οὓς δὲ κατετραυμάτιζέ. Eadem ratione in verbis sequentibus imperfecta et aoristi variant. Exitus pugnae equestris aoristis narratur 21, 3: μετα δὲ ταῦτα καὶ τῶν ἄλλων ἐπιφανῶν ἡγεμόνων — ἔπεσον πλείους — διὸ... πρῶτον μὲν οἱ κατὰ τὸν Ἀλέξανδρον τεταγμένοι φυγεῖν ἠναγκάσθησαν e. q. s.: ἀπηνέγκατο - ἔδοξε - ἔσχον. Denique 21, 5 paucis proelium peditum et exitus totius pugnae aoristis narratur: μετὰ δὶ τὴν τῶν ἱππέων τροπὴν οἱ πεζοὶ συμβαλόντες ἀλλήλοις ὀλίγον χρόνον ἠγωνίσαντο — οἱ γὰρ βάρβαροι — καταπλαγέντες καὶ ταῖς ψυχαῖς ἐνδόνεις πρὸς φυγὴν ὥρμησαν. ἀνῃρέθησαν δὲ τῶν Περσῶν οἱ πάντες.. ἐζωγρήθησαν e. q. s.

Eadem de causa XIII 17, 3 recte legitur imperfectum ἐνέκλινον: τῶν δὲ παρὰ τὴν πόλιν κινδυνευόντων Ἀθηναίων ἐκβιασθέντων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμησάντων οἱ προσεχεῖς ἀεὶ τῶν Ἀθηναίων ἐνέκλινον καὶ κατ᾽ὀλίγον ἅπαντες ἐτράπησαν. Quo loco imperfectum omnino necessarium est. cf. 17, 5 εἷλκον ἠξίωσαν, 18, 2 ἐνέπρησαν - παρεσκευάζοντο. Nec minus XIV 104, 4, ubi pugnam describit, qua Dionysius maior Helorim vicit, imperfecta cum aoristo coniunguntur: τῶν δ᾽ Ἰταλιωτῶν σποράδην διὰ τὴν σπουδὴν ἐκβοηθούντων οἱ Σικελιῶται τάς τάξεις διαφυλάττοντες ῥᾳδίως τῶν

πολεμίων περιεγίνοντο. οὐ μὴν ἀλλ' ἐπὶ μέν τινα χρόνον οἱ κατὰ τὴν Ἰταλίαν Ἕλληνες ὑπέμενον τὸν κίνδυνον . . . · ὡς δὲ τὴν τοῦ στρατηγοῦ τελευτὴν ἐπύθοντο (cum-cognovissent) *καὶ διὰ τὸν θόρυβον ἀλλήλοις ἐμπίπτοντες ἠλαττοῦντο μεγάλως, τότε δὲ τελέως ἀθυμήσαντες ἐτράπησαν.*

Sed non eiusdem generis locis solum huius usus exempla inveniuntur. XIII 8, 7 primum narrantur Athenienses decem naves misisse, tum imperfectis apparatio belli describitur, denique aoristo initium belli narratur: *οἱ δ' Ἀθηναῖοι δέκα ναῦς ἀπέστειλαν περὶ τὰς χειμερινὰς τροπάς· περὶ δὲ τὴν εἰαρινὴν ὥραν παρεσκευάζοντο μέγαν στόλον ἀποστέλλειν. διόπερ . . . κατέγραφον καὶ . . . συνήθροιζον. κατὰ δὲ τὴν Πελοπόννησον οἱ Λακεδαιμόνιοι παροξυνθέντες τὰς σπονδὰς ἔλυσαν, καὶ ὁ πόλεμος διέμεινεν ἔτη δώδεκα.* Pariter XIII 81, 1 ss. imperfectis *προσεδόκων — ἠγωνίων — διεπέμποντο* dicit, quomodo urbes Siciliae bellum paraverint, 81, 4 terra Agrigentinorum imperfectis describitur, tum sequitur ipsius belli narratio: *κατεκαύθη-κατεσκάφη.* Eadem ratione res se habet XIII 82, 2, ubi de pestilentia narrat: *λοιμὸς ἐξέπεσεν εἰς τὸ στρατόπεδον καὶ πολλοὶ μὲν ἐτελεύτων οὐκ ὀλίγοι δὲ στρέβλαις — περιέπιπτον.* Tum aoristo utitur, ut rem maximi momenti afferat: *ἀπέθανε δὲ καὶ Ἀννίβας.* Deinde iterum legitur imperfectum *καὶ ἤγγελόν τινες εἴδωλα φαίνεσθαι,* cf. 4 *πάλαι μὲν ἔσπευδον — ἐκπέμψαι βοήθειαν, τότε δὲ — στρατηγὸν Λαρναῖον εἵλοντο.*

XIII 4, 2 et 3 aoristos [*ἔφησαν*] — *ὡμολόγησαν* — *ἀνεβάλοντο* sequuntur imperfecta *αἱ δὲ τῶν Σικελῶν πόλεις — ἔρρεπον, ὅμως δὲ — ἐκαραδόκουν,* dein aor. *οἱ στρατηγοὶ ἀνήχθησαν.* Exemplum huic simile exstat XIII 2, 1. Paulo aliter res se habet I 70 s., ubi narrat, quomodo vita regum Aegypti instituta fuerit. Quod cum describit, utitur tempore imperfecto, sed in fine dicit omnia complectens: *τοιγαροῦν . . . τὴν πολιτικὴν κατάστασιν ἐτήρησαν, εὐδαιμονέστατον δὲ βίον ἔχοντες διετέλεσαν.* cf. I 74, 8 et 75, 1. — II 46, 1 ss. eadem de causa infinitivi aoristi et imperfecti variant, cf. II 64, 7. Nec minus, qua ratione inter se haec tempora differant, licet

cognosceiic ex V 9, 4: *πολεμούμενοι κατεσκεύασαν τὸ ναυτικὸν καὶ διελόμενοι σφᾶς αὐτοὺς οἱ μὲν ἐγεώργουν οἱ δὲ πρὸς τοὺς λῃστὰς ἀντετάττοντο καὶ τὰς οὐσίας κοινὰς ποιησάμενοι καὶ ζῶντες κατὰ συσσίτια διετέλεσαν ἐπί τινας χρόνους κοινωνικῶς βιοῦντες.* — Praeter haec quae attuli exempla v. II 14, 1 27, 143, 3 XIII 5, 6 I 13, 5 alios locos[1]).

Sed ne eos locos plane silentio praeteream, quibus aoristus cum perfecto coniunctum est, etiam de hoc usu paucis disseram. Cuius rei causa haec est: scriptor, cum a sua aetate ad praeteritam quasi respicit, utitur perfecto, cum res ut gestas narrat, aoristo. Velut I 4, 4 ss., postquam exposuit, quales labores subierit, ut quam verissimam rerum notitiam sibi pararet, dicit: *ἡμεῖς γὰρ ἐξ Ἀγυρίου τῆς Σικελίας ὄντες καὶ διὰ τὴν ἐπιμιξίαν τοῖς ἐν τῇ νήσῳ πολλὴν ἐμπειρίαν τῆς Ῥωμαίων διαλέκτου περιπεποιημένοι πάσας τὰς τῆς ἡγεμονίας ταύτης πράξεις ἀκριβῶς ἀνελάβομεν ἐκ τῶν παρ' ἐκείνοις ὑπομνημάτων —. πεποιήμεθα δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῶν μυθολογουμένων παρ' Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἐξετάσαντες τὰ παρ' ἑκάστοις ἱστορούμενα.* 4, 6 s. eodem modo pergit: *τῆν γὰρ βίβλων ἡμῖν ἓξ μὲν αἱ πρῶται περιέχουσι τὰς πρὸ τῶν Τρωικῶν πράξεις . . .· ἐν δὲ ταῖς μετὰ ταύτας ἕνδεκα τὰς ἀπὸ τῶν Τρωικῶν κοινὰς πράξεις ἀναγεγράφαμεν ἕως τῆς Ἀλεξάνδρου τελευτῆς· ἐν δὲ ταῖς ἑξῆς εἴκοσι καὶ τρισὶ βίβλοις τὰς λοιπὰς ἁπάσας κατετάξαμεν μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ συστάντος πολέμου Ῥωμαίοις πρὸς Κελτοὺς καθ' ὃν -κατεπολέμησε* e. q. s.[2]). Res est quam supra diximus: scriptor modo aliquid cogitat ut praesenti tempore absolutum modo ut praeterito gestum. Qui usus interdum mirus videtur. III 6, 3 participium perfecti iuxta participium aoristi positum est, cum tamen hae duae res, ut ita dicam, sint eiusdem

1) I 45, 2 legitur inf. *καταρᾶσθαι* inter aoristos idque sine causa sufficienti ac vix credi potest Diodorum sic scripsisse: (*Τνέφαχθον λέγουσι*) *ἡσθέντα καθ' ὑπερβολὴν καταγνῶναι τῆς τρυφῆς καὶ τῷ καταδείξαντι τὴν πολυτέλειαν ἐξ ἀρχῆς βασιλεῖ καταρᾶσθαι*: Sequuntur aoristi *γενέσθαι: ἀναγράψαι* ect. Aoristus hoc loco sine dubio aptior esset, etsi omnibus in codicibus inf. praes. videtur exstare.

2) cf. etiam XIV 2, 1 *περιέβαλον-καταλελοίπασι.*

fere gradus: *ὁ βασιλεὺς Ἐργαμένης μετεσχηκὼς Ἑλληνικῆς ἀγωγῆς καὶ φιλοσοφήσας ἐθάῤῥησε καταφρονῆσαι τοῦ προστάγματος.* Quae res bene explicari potest, nec tamen puto quemlibet scriptorum veteris Attici sermonis tale quidquam scripturum fuisse.

Paucis volo attingere cum aoristo non raro praesens quod dicunt historicum coniungi, velut III 40, 7: *ἀπόλλυνται πολὺ χεῖρον τῶν προαποθανόντων· οἱ μὲν γὰρ ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ τὸ πνεῦμα τῇ δούσῃ φύσει πάλιν ἀπέδωκαν, οἱ δ' εἰς πολλὰς ταλαιπωρίας καταμερίσαντες τὸν θάνατον πολυχρονίους τὰς συμφορὰς ἔχοντες τῆς τοῦ βίου καταστροφῆς τυγχάνουσι.*

Cum ad finem huius partis pervenerim, breviter mihi liceat disserere de uno loco, quo imperfectum *ἱστόρουν* iuxta *ἔφασαν* [1]) mire positum est. Leguntur enim secundum recensionem Friderici Vogel in codicibus haec: I 48, 1 *καὶ κατὰ μὲν τὸν πρῶτον τῶν τοίχων τὸν βασιλέα [Ὀσυμανδύαν] κατεσκευάσθαι πολιορκοῦντα τεῖχος ... μετὰ λέοντος ... ὑπὲρ οὗ τῶν ἐξηγουμένων οἱ μὲν ἔφασαν πρὸς ἀλήθειαν χειροήθη λέοντα τρεφόμενον ὑπὸ βασιλέως συγκινδυνεύειν αὐτῷ κατὰ τὰς μάχας καὶ τροπὴν ποιεῖν τῶν ἐναντίων διὰ τὴν ἀλκήν, τινὲς δ' ἱστόρουν ὅτι καθ' ὑπερβολὴν ἀνδρεῖος ὢν ... διὰ τῆς τοῦ λέοντος εἰκόνος τὴν διάθεσιν ἑαυτοῦ τῆς ψυχῆς ἐσήμαινεν.* Quo loco *ἱστόρουν* non recte traditum esse opinor. Quid enim sibi vult illud imperfectum? Num putas Diodorum dicere voluisse: quidam narrare solebant e. q. s. Minime. Nihil enim aliud in animo habet dicere nisi haec: cum in Aegypto fuisset et in cuiusdam domus regiae pariete ab Osymandya exstructae leonis imaginem effictam vidisset prope regem, hominum, quos, ut explicarent, rogavisset, alios narravisse eiusmodi leonem ab illo rege re vera nutritum esse, alios hanc bestiam imagine fortitudinem Osymandyae significare. Quo fit, ut hoc loco illud *ἔφασαν* aperto sit testimonio, *ἱστόρουν* falso traditum esse. At fortasse puta-

1) impf. *ἔφην* loco aoristi est, ut semper.

veris Diodorum aoristum ἱστόρησαν scripsisse. Sed si respicimus literas quae leguntur, mea quidem sententia dubium minime esse potest, quin Diodorus tempus praesens ἱστοροῦσιν adhibuerit, ex quo literis duabus deletis ἱστόρουν factum est[1]). Huc accedit, quod paulo supra [I 46, 7 s.] locus invenitur, quo similis res simillimis verbis dicitur: *οἱ μὲν οὖν ἱερεῖς ἐκ τῶν ἀναγραφῶν ἔφασαν εὑρίσκειν ἑπτὰ πρὸς τοῖς τετταράκοντα τάφους βασιλικούς· εἰς δὲ Πτολεμαῖον τὸν Λάγου διαμεῖναί φασιν ἑπτακαίδεκα μόνον, ὧν τὰ πολλὰ κατέφθαρτο, καθ' οὓς χρόνους παρεβάλομεν ἡμεῖς εἰς ἐκείνους τοὺς τόπους, ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς καὶ ὀγδοηκοστῆς ὀλυμπιάδος· οὐ μόνον δ' οἱ κατ' Αἴγυπτον ἱερεῖς ἐκ τῶν ἀναγραφῶν ἱστοροῦσιν, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων τῶν παραβαλόντων μὲν ... συνταξαμένων δὲ τὰς Αἰγυπτιακὰς ἱστορίας ... συμφωνοῦσι τοῖς ὑφ' ἡμῶν εἰρημένοις.* Quae cum ita sint, dubitare non possumus, quin pro ἱστόρουν, quod in codicibus videtur exstare, ἱστοροῦσιν scribendum sit.

II. De aoristis et imperfectis particulis *καί, μὲν - δέ*, aliis coniunctis.

Notissimum est saepissime apud scriptores non solum posterioris sed etiam veteris aetatis ambitus verborum inveniri, quorum altero in membro aoristus, in altero imperfectum exstat, velut Thuc. II 23, 3: *καὶ οἱ μὲν ἄραντες τῇ παρασκευῇ ταύτῃ περιέπλεον, οἱ δὲ Πελοποννήσιοι χρόνον ἐμμείναντες ἐν τῇ Ἀττικῇ ὅσον εἶχον τὰ ἐπιτήδεια ἀνεχώρησαν διὰ Βοιωτῶν.* Quod non mirandum est. Nam illa actio durat, dum res aliae geruntur, haec absoluta est. Sed nisi fallor, cum alii rerum scriptores posteriores tum Diodorus

---

1) cfr. etiam V 43, 3 44, 1 et 2, ubi eadem ratione praesens et imperfectum variant.

modum, quem ei, qui severo Attico sermone utuntur, secuti sunt, paulum excesserunt. Nec tamen exempla, quae sescenta exhibet, omnia collegi neque ea, quae contuli, ad verbum afferre in animo est. Primum disseram de iis locis, quibus enuntiata particula *καί* coniunguntur. I 67, 2 Fridericus Vogel optimum codicem Vindobonensem D secutus scripsit *ἐνεπίστευε* pro *ἐνεπίστευσε*, quod in Vaticano C et Claromontano F legitur[1]), idque, ut videtur, recte: *διὰ δὲ τῶν μισθοφόρων καθωρθωκὼς τὴν βασιλείαν ὁ Ψαμμήτιχος τούτοις τὸ λοιπὸν μάλιστ' ἐνεπίστευε τὰ κατὰ τὴν ἀρχὴν καὶ διετέλεσε ξενοτροφῶν μεγάλας δυνάμεις.* Nam apparet hoc loco imperfectum non solum ea de causa praeferendum esse, quod in optimo codice et in plerisque reliquis invenitur, sed etiam, quod ad rem, quam narrat, aptissimum est. ‚Semper, quamdiu regnavit, conducticiis militibus maxime fidem habebat.' Eodem modo exstat V 59, 4: [*Ἀλθαιμένης*] *διδοὺς ἑαυτὸν εἰς τὰς ἐρημίας ἡλᾶτο μόνος καὶ διὰ τὴν λύπην ἐτελεύτησεν* — imperfectum iuxta aoristum, ut actionem non finitam significet. cf. XI 10, 1: *οἱ δὲ βάρβαροι διά τε τὸ παράδοξον καὶ τὴν ἄγνοιαν μετὰ πολλοῦ θορύβου συνέτρεχον ἐκ τῶν σκηνῶν ἀτάκτως καὶ νομίσαντες τοὺς μετὰ τοῦ Τραχινίου ἀπολωλέναι καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν τῶν Ἑλλήνων παρεῖναι κατεπλάγησαν* (concursabant et in terrorem inciderunt); XI 86, 5: *ἀπαγομένου δὲ* [*Τυνδαρίδου Συρακοσίου*] *εἰς τὸ δεσμωτήριον οἱ πολυωρηθέντες ὑπ' αὐτοῦ συνεστράφησαν καὶ ταῖς ἀπάγουσι τὰς χεῖρας ἐπέφερον.* Quo loco, et impf. *ἐπέφερον* et part. *ἀπάγουσι* de conatu dicta sunt, ut verbis sequentibus apparet: *ταραχῆς δὲ γενομένης κατὰ τὴν πόλιν συνεστράφησαν οἱ χαριέστατοι τῶν πολιτῶν καὶ τοὺς νεωτερίσαντας συναρπάσαντες σὺν τῷ Τυνδαρίδῃ ἀνεῖλον*; XII 41, 5 impf. *ἠγωνίζοντο* legitur post aor. *συνεστράφησαν*: [*οἱ Πλαταιεῖς*] *κατανοήσαντες ὀλίγους ὄντας συνε-*

1) Optimus et vetustissimus est c. Vindobonensis s. XI, proximus aetate et auctaritate c. Vaticanus C saec. XII; reliqui Coislinianus A saec. XV, Mutinensis B s. XV, Parisinus E s. XVI, Claromontani F G s. XVI, Venetus M s. XV, Vindobonensis N s. XVI multo sunt minoris et inter se diversae auctoritatis; cf. Vogel ed. praef. ad vol. I p. IV ss.

στράφησαν καὶ περὶ τῆς ἐλευθερίας ἐκθύμως ἠγωνίζοντο. Imperfectum aoristus perfectum simul inveniuntur XIII 2, 2: *ζῶν μὲν οὐ διέλιπεν ἐπιβουλευόμενος καὶ ἀναγκάζετο φέρειν σιδηροῦν θώρακα, τελευτήσας δὲ — καταλέλοιπε.* Quo exemplo singularis huius scriptoris usus bene illustratur, nec tamen causa est, cur offendamus. Nam quamquam persuasum habeo apud veteres scriptores Atticos nullum exstare locum, qui omni ex parte huic comparetur — paucissimis enim in verbis ter tempus mutatur —, tamen nihilo minus optime res explicari potest. Primum enim, ut omnia quasi paucis complecteretur, Diodorus scripsit: [*Διονύσιος*] *οὐ διέλιπεν ἐπιβομλευόμενος*, tum rem minoris momenti narravit, quae superiore efficitur, idque imperfecto: *ἠναγκάζετο φέρειν σιδηροῦν θώρακα,* denique ea dixit, quae usque ad suam aetatem permanserunt: *τελευτήσας καταλέλοιπε.* Sane hoc loco dubitari licet. Nam primum constat in talibus controversiis, qualis haec est, utrum *διέλιπεν* an *διέλειπεν* scribendum sit, auctoritatem codicum non multum valere. Deinde, quod gravissimum est, verbi *διαλείπειν* cum notione desinendi plerisque locis videtur imperfectum legi, non aoristus. Sed cum aoristus bene se habeat, nec antequam nova codicum collatio inde a libro XIII in lucem edita est, perspicuum sit, quid hoc et aliis locis in codicibus legatur, aoristum *διέλιπον* intactum relinquere malim. Etsi enim, ut supra dixi, auctoritati codicum hac in re non multum tribuendum est, tamen si nullum aliud testimonium invenitur, optimos libros sequi necesse est. Alia exempla leguntur XIII 39, 1: *οὗτοι μὲν οὖν περὶ ταῦτα διέτριβον. Μίνδαρος δ᾽ἐκπλεύσας εἰς Ἑλλήσποντον ἐκομίζετο κατὰ σπουδὴν καὶ δευτεραῖος εἰς Σίγειον κατέπλευσεν*; 50, 1: *αὐτοί διείλοντο τὸ ναυτικὸν εἰς τρία μέρη καὶ τοῦ μὲν ἦρχεν* . . (et huic parti praeerat . .) 47, 4: *διόπερ αἱ πόλεις πρὸς τὴν διάχωσιν ἐπερρώσθησαν καὶ πρὸς ἀλλήλας ἡμιλλῶντο*; 48, 8: *τινὲς φρονοῦντες τὰ τῶν φογάδων κατελάβοντο τὴν ἀγορὰν καὶ μεταπεμψάμενοι τοὺς φυγάδας περὶ τῶν ὅλων ἠγωνίζοντο. τέλος δὲ - ἦλθον*; 63, 3: *τῆς πόλεως μέρος ἐτείχισε καὶ πανταχόθεν κατεκάλει τοὺς διασωζομένους τῶν Σελινουντίων*, ubi *πανταχόθεν* prae-

cipua causa imperfecti adhibendi est. At XIII 70, 1: *ὃς παραλαβὼν τὴν ἀρχὴν στρατιώτας κατέγραφε καὶ ναῦς ἐπλήρωσεν ὅσας ἐδύνατο*, iure dubitari potest, an impf. *κατέγραφε* non recte traditum sit. Nam *ἐπλήρωσεν* eodem sensu dictum est atque *κατέγραφε* neque novi quidquam adicitur neque actio progreditur. Sane mutatio *κατέγραψε* facillima est. Sed per se hoc loco impf. aptius fuerit. Huc accedit, quod similia exempla non desunt, velut XIII 80, 5: *τάς τε τριήρεις κατήρτιζον καὶ φορτηγὰ πλοῖα συνήγαγον*. Quo loco imperfecto indicatur nondum omnes naves triremes ornatas fuisse, cum onerarias coegissent. Ac fieri potest, ut similiter supra imperfectum intellegi voluerit. — Cf. praeterea XIV 10, 4; XIV 27, 1: *οἱ στρατιῶται ἐξεπλάγησαν καὶ ἐχώρουν εἰς ὅπλα*; XIV 37, 4: *ἀπεχώρησαν καὶ ἐπολέμουν*; 104, 1: *ἀνέζευξε καὶ συνήντα*; 109, 2: *συνέδραμε καὶ ἐθαύμαζον*; XV 52, 1: *καὶ εστρατοπέδευσαν καὶ τοὺς καθυστεροῦντας ἀνέμενον*; XIX 66, 4: *περιεστρατοπέδευσαν τὴν ἄκραν καὶ προσβολὰς ἐποιοῦντο*; XXXVI fr. 15, 1 (Dind.): *προῆγε τὴν δύναμιν καὶ μετέπεσε*.

Sequuntur ei loci, quibus duo enuntiata particulis *μὲν-δέ* coniunguntur. IV 61, 2 legitur in omnibus codicibus praeter D: *ὁ μὲν Αἰακὸς ἐπετέλεσε τὰς εὐχὰς καὶ ὁ αὐχμὸς παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐπαύσατο, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις μόνοις διέμεινεν*, solus D exhibet *διέμενεν*[1]). Quo loco quid scribendum sit diiudicari vix potest. Nam et imperfectum et aoristus iustis causis potest defendi. Atque etsi in hoc verbo usus imperfecti videtur praevalere, tamen aoristum eam ob rem hoc loco expellere non licet. Quaerendum igitur est, num D auctoritate codicem C adeo superet, ut ea de causa *διέμενεν* praeferas, id quod adhuc dubium esse existimo.

---

1) Ex editione Friderici Vogel non possum cognoscere, utrum solus D an praeter eum etiam reliqui eius familiae codices *διέμενεν* exhibeant. Sed hoc non magni momenti est. Nam si verum est, quod ille affirmat (v. quae praefatus est l. i.), omnes hos libros imprimis A et B et ex ipso D et ex codice huic simillimo prodisse, *διέμεινεν*, si legeretur, nihil esset nisi emendatio librarii, fortasse secundum librum secundae classis facta. Ceterum opinor quaestionem de codicibus non esse absolutam; praecipue quae ratio inter D et C i. e. inter libros prioris et secundae familiae intercedat, perspicue magis ac distincte erit eruendum.

VIII f. 10, 1 haec leguntur: *Ἀρχίας ὁ Κορίνθιος - τὸ μὲν πρῶτον προσέπεμπέ τινα τῷ παιδὶ θαυμαστὰς ἐπαγγελίας ποιούμενος· οὐ δυνάμενος δὲ αὐτὸν ἀναλαβεῖν ... ἤθροισε τῶν συνήθων τοὺς πλείστους ὡς βιασόμενος τὸν .. μὴ ὑπακούοντα.* Res inferioris generis, quae alterius quasi praeparatio est, imperfecto, res praecipua aoristo dicitur. Pariter XI, 1, 5 bis adhibetur imperfectum, deinde, ut apparationis finis indicetur, aoristus: *ἀκολούθως οὖν ταῖς συνθήκαις* (cum Xerxe factis) *Καρχηδόνιοι μὲν χρημάτων πλῆθος ἀθροίσαντες μισθοφόρους συνῆγον ἔκ τε τῆς Ἰταλίας καὶ Λιγυστικῆς ..., πρὸς δὲ τούτοις ἐκ τῆς Λιβύης ἁπάσης καὶ τής Καρχηδόνος κατέγραφον πολιτικὰς δυνάμεις· τέλος δὲ τριετῆ χρόνον περὶ τὰς παρασκευὰς ἀσχοληθέντες ἤθροισαν πεζῶν μὲν ὑπὲρ τὰς τριάκοντα μυριάδας, ναῦς δὲ διακοσίας.* XI, 7, 2 actionis quasi progressus, cum antea impf. positum sit, aoristo significatur: *Κίσσιοι ... διεδέξαντο τὴν μάχην καὶ νεοχμοὶ πρὸς διαπεπονημένους συμβαλόντες ὀλίγον μὲν χρόνον ὑπέμενον τὸν κίνδυνον, κτεινόμενοι δ' ὑπὸ τῶν περὶ τὸν Λεωνίδην καὶ βιασθέντες ὑπεχώρησαν.* Cui loco simillimus est 31, 2: *ἕως μὲν οὖν συνέβαινε τὸν Μαρδόνιον μετὰ τῶν ἐπιλέκτων προκινδυνεύειν εὐψύχως ὑπέμενον τὸ δεινὸν οἱ βάρβαροι· ἐπεὶ δ' ὅ τε Μαρδόνιος ἀγωνιζόμενος ἐκθύμως ἔπεσε καὶ τῶν ἐπιλέκτων οἱ μὲν ἀπέθανον οἱ δὲ κατετρώθησαν, ἀνατραπέντες ταῖς ψυχαῖς πρὸς φυγὴν ὥρμησαν.* Cf. praeterea 43, 3: *οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι περὶ ταῦτα ἠσχολοῦντο,* (44, 1) *Λακεδαιμόνιοι δὲ Παυσανίαν καταστήσαντες ναύαρχον προσέταξαν ἐλευθεροῦν τὰς Ἑλληνίδας πόλεις.*

Priore loco legitur aoristus, imperfectum secundo XI, 64, 1: *ταύτης μὲν τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστησαν, καταλαβόμενοι δὲ — κατέτρεχον τὴν Λακωνικήν,* priore impf. dein aor. 67, 7: *τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει ..., ὡς δ' ἑώρα .., συνήγαγεν ἐκ τῆς Κατάνης τοὺς ἀποικισθέντας.* Alia exempla leguntur XII, 8, 2s.: *οὗτος μὲν οὖν περὶ τὸν οἰκισμὸν ἐγίνετο. Ἀκραγαντῖνοι δὲ ... πόλεμον ἐξήνεγκαν τοῖς Συρακοσίοις*; 45, 2: *οἱ δ' Ἀθηναῖοι παρατάξασθαι μὲν οὐκ ἐτόλμων, συνεχόμενοι δ' ἐντὸς τῶν τειχῶν ἐνέπεσον εἰς λοιμικὴν περίστασιν.* Illud *οὐκ ἐτόλμων*

παρατάξασθαι permanet, cum novi aliquid evenit: *ἐνέπεσον εἰς λοιμικὴν περίστασιν.* XIII, 39, 2 res finita aor. *ἔστησαν* significatur, res non finita impf *ἀντανήγοντο* (sed v. s. v. infra): *οὗτοι μὲν ἐκ τοῦ πρὸς τὴν Ἀσίαν μέρους ἔστησαν τὰς ναῦς, οἱ δ' Ἀθηναῖοι τὸ πρὸς τὴν Εὐρώπην ἔχοντες ἀντανήγοντο*; XIII, 45, 3: *ὁ δὲ Δωριεὺς μεχρὶ μέν τινος ἀγνοήσας τὸ γενόμενον ἔπλει μετέωρος, κατανοήσας δὲ κατεπλάγη*; 46, 3: *οἱ μὲν Λακεδαιμόνιοι καταπλαγέντες ἐτράπησαν, οἱ δ' Ἀθηναῖοι μετεωρισθέντες μετὰ σπουδῆς ἐπεδίωκον*[1]).

XIII, 46, 1 pariter impf. ponitur, quod res gerenda non finitur: *αἱ μετ' Ἀλκιβιάδου τριήρεις ἐξαίφνης ἐπέστρεψαν, Θηραμένης δὲ καὶ Θρασύβουλος ἔπλεον ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸν ἀπόπλουν ὑπετέμοντο.* Mire videntur aor et impf adhiberi XIII, 62, 2: *ἐκείνην μὲν τὴν ἡμέραν διεκαρτέρησαν, τῇ δ' ὑστεραίᾳ τῶν τριήρων ἐπιφαινομένων ἤδη συνέβαινε τὸ μὲν τεῖχος πεσεῖν.* Obiter enim consideranti videbitur melius fore, si priore loco impf. legeretur, secundo aoristus, velut 73, 4: *καὶ τὸ μὲν πρῶτον ... ἀπῆγεν· ἐκβοηθησάντων δὲ ... χρόνον μὲν διεκαρτέρουν, μετὰ δὲ ταῦτα ἠναγκάσθησαν καταφυγεῖν.* Attamen, quamquam hoc exemplo docemur hac in re arbitrium scriptoris multum valere, hos locos paulum inter se differre concedere necesse est. 73, 4 tota actio non verbo *διεκαρτέρουν* sed verbis *ἠναγκάσθησαν καταφυγεῖν* finitur; 62, 2 prior dies expletur quasi actione sustinendi, quae quia absoluta est, aoristo exprimitur, — altero in eo erat, ut moenia iamiam caderent; nam id hoc loco imperfectum significat.

Alia exempla leguntur XIII, 76, 5: *ἐν ἀρχῇ μὲν οὐδὲν ἤνυε, μετ' ὀλίγον δὲ ... παρεισέπεσεν ἐντὸς τῶν τειχῶν*; 88, 1: *ἐπεχείρουν μὲν πολιορκεῖν, πολυτελῶς δ' αὐτὴν ὁρῶντες ὠχυρωμένην ἀπέστησαν*; 112, 3: *οἱ μὲν Συρακοσίων ἱππεῖς τὸ μὲν πρῶτον ἐπετήρουν ...· ὡς δ' ἑώρων ..., ὁμοθυμαδὸν ἀφίππευσαν εἰς τὰς Συρακούσας*; XIV, 23, 8: *τὸ μὲν πρῶτον ...*

---

1) Breviter hoc loco attingo *μετὰ σπουδῆς, κατὰ σπουδὴν* alia huius generis adverbia saepissime cum impf. congungi et multo saepius, ut pulto, quam apud Polybium, de cuius usu cf. F. Hultsch Abh. d. S. G. d. W. XIII 1,17 ss.

πολλοὺς ἀνῄρει, μετὰ δὲ ταῦτα .. πληγεὶς ἔπεσε; 24, 2: *τοῦ μὲν διώκειν ἀπέστη, τοὺς δὲ στρατιώτας καθίστα*; 48, 5: *λεηλατήσας ἐδενδροτόμησε, τὴν δὲ Ἔγεσταν ... περιστρατοπεδεύσας συνεχεῖς ἐποιεῖτο προσβολάς*; 70, 3: *ὁ Διονύσιος τότε μὲν ἐγένετο περίφοβος καὶ διέλυσε τὴν ἐκκλησίαν, μετὰ δὲ ταμτα φιλανθρώποις λόγος χρησάμενος καθωμίλει τι πλήθη. καὶ — ἐτίμα, τινὰς δὲ — παρελάμβανε*; 109, 2: *ὡς δ' ἐπέβαλον οἱ ῥαψῳδοὶ προφέρεσθαι τοῦ Διονυσίου τὰ ποιήματα, κατ' ἀρχὰς μὲν ... σονέδραμε τὰ πλήθη καὶ πάντες ἐθαύμαζον· μετὰ δὲ ταῦτα ... διεγέλων τὸν Διονύσιον καὶ παςεγίνωσκον ἐπὶ τοσοῦτον ὥστε τινὰς τολμῆσαι διαρπάζειν τὰς σκηνάς*; cf. praeterea XVI 14, 4: *ἐπανῆλθον-ἀπήντα*; 14, 1: *ἀνεῖλον-κατεῖχον*; XVI 30, 2: *ἀπεγράψατο-συνέτρεχον*. XVII 22, 4 haec videntur exstare in codicibus: *τῶν δὲ βαρβάρων οἱ μὲν ὑπὸ τῶν Μακεδόνων ἀνῃρέθησαν, οἱ δὲ τῆς πόλεως ἐκπίπτοντες ἔφευγον, οἱ δ' ἄλλοι πάντες ἥλωσαν.* Sed dubitari potest an potius *ἔρυγον* sit scribendum; quae mutatio levissima est. Putaveris enim fortasse obiter intuens secundam rem eodem sensu dictam esse ac primam et tertiam nec iustan causam imperfecti hoc loco esse. Sed participio praesentis *ἐκπίπτοντες* monemur, ne temere *ἔφευγον* emendemus. Quo participio plane videtur apparere reliquas dua's res a scriptore ut absolutas, secundam actionem ut permanentem cogitatam esse. Melius igitur est *ἔφευγον* intactum relinquere. Cf. praeterea XVIII 2, 2, ubi impf. *προῆγον* de conatu dictum est (v. s. v.), 72, 1: *ἀπέλιπε-ἐτρέπετο*, XIX 73, 7: *ἀπέλιπε-ἠπείγετο*, ib. 9, 4 *οὗτος μὲν ἐχειροτονήθη, τῶν δ' οἱ μὲν - ἠναγκάζοντο, οἱ δ' οὐκ ἐτόλμων*, XX 36, 5 s.: *συνῆγον-εἵλετό*, XXXVI fr. 4, 6: *διήρπασεν-ἦγεν*.

In fine huius partis exempli causa nonnullos locos liceat afferre, quibus non particulis *μὲν-δέ* aut *καί* duo enuntiata coniunguntur, sed sola particula *δέ* vel aliis.

Infinitivus praesentis, qui loco imperfecti est, et aoristi particula *δέ* coniuncti sunt IV 65, 1 s.: *πρεσβυτέρου δ' ὄντος Ἐτεοκλέους τοῦτον πρῶτον ἄρξαι καὶ διελθόντος τοῦ χρόνου μὴ βούλεσθαι παραδιδόναι τὴν βασιλείαν. τὸν δὲ Πολυνείκην κατὰ τὰς ὁμολογίας ἀπαιτεῖν τὴν ἀρχὴν-τοῦ δ' ἀδελφοῦ μὴ ὑπακούοντος*

φυγεῖν εἰς Ἄργος. Indicativi leguntur XVI 2, 6: *Παυσανίας δὲ . . . ἐπεβάλετο διὰ τοῦ Θρᾳκῶν βασιλέως ἐπὶ τὴν Μακεδονικὴν βασιλείαν κατιέναι. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀθηναῖοι . . κατῆγον ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀργαῖον, καὶ στρατηγὸν ἀπεστάλκεσαν Μαντίαν*. XXXVII fr. 15, 1: *ὁ Μάριος ἤγαγε τὴν δύναμιν ἐπὶ τὸ Σαυνιτῶν πεδίον καὶ τοῖς πολεμίοις ἀντεστρατοπέδευσε. Πομπαίδιος δὲ τὴν τῶν ὅλων ἡγεμονίαν παρειληφὼς παρὰ τοῖς Μαρσοῖς καὶ αὐτὸς προῆγε τὴν δύναμιν* (v. etiam s. v. *προάγειν τινά*).

Particulae *μὲν* in altero membro non respondet *δὲ* XIX 9, 3: *ὁ δὲ [Ἀγαθοκλῆς] τὸ μὲν πρῶτον ἡσυχίαν εἶχεν. εἶτα τοῦ πλήθους βιαιότερον ἐγκειμένου προςδέξεσθαι μὲν ἔφησε τὴν στρατηγίαν, μὴ μέντοι γε μετ' ἄλλων ἄρξειν.*

In enuntiatis particula *γὰρ* adiunctis legitur imperfectum XIII 80, 7: *Ἀννίβας ἐξέπλευσε μετὰ νεῶν πεντήκοντα· ἔσπευδε γὰρ τοὺς Συρακοσίους κωλῦσαι . .*, XIV 49, 3: *Διονύσιος . . ἐπὶ τὴν Μοτύην ἅπασαν ἤγαγε τὴν δύναμιν· ἤλπιζε γὰρ ταύτης ἐκπολιορκηθείσης τὰς ὅλας εὐθέως αὐτὰς παραδώσειν.*

Sed haec pauca quae attuli exempla suficiant. Nam in animo erat, ut supra dixi, imprimis eos ambitus verborum, in quibus *καί* et *μὲν-δέ* inveniuntur, respicere. Liceat igitur, ut mihi proposueram, ad singulorum usum verborum transire investigandum.

De verbis eundi et proficiscendi ac similibus.

Tertia pars huius disputationis, ut in praefatione dixi, verba eundi et proficiscendi, ducendi et alia verba movendi continet. Sed ne extensa illa materia eis qui legunt molesta sit, in singula capita eam distribui. Quae capita, quo res dilucidior sit, numeris continuis significavi. Tractantur igitur

capite tertio verba *ἥκειν* et *ἰέναι* ac composita praeter *ἐπανιέναι* et *παριέναι*, de quibus capite quarto disseram, quinto *βαίνειν* et compp., praeter *συμβαίνειν* et *ἀποβαίνειν* cum notione accidendi, sexto *τρέχειν* et *χωρεῖν* et compp., septimo disputabitur de verbis *ὁρμᾶν* ac *πορεύεσθαι* et compp., octavo de *τὴν ἐπάνοδον*, *πορείαν ποιεῖσθαι* similibus, nono deinde de *ἄγειν* et compp. praeter *προάγεεν* procedere, de quo decimo disseretur, undecimo denique capite de *στρατοπεδεύειν* cum compp. et *ἀναζευγνύειν*.

Ubi autem cognovi nihil inveniri, quod a generali usu sermonis recedat, rem paucissimis verbis absolvi ac tantum satis magnum numerum exemplorum contuli, quo hoc ipsum possit intellegi.

III. De verbis *ἥκειν* et *ἰέναι*.

Verbi simplicis *ἰέναι* satis raro inveniuntur exempla apud Diodorum. Nullum notavi locum, quo impf. *ᾔειν* legatur, nec puto in omnibus quadraginta libris, qui quidem praesto sint, ullum impf. huius verbi reperiri. Et reliquae quoque formae satis raro inveniuntur. Quae res miranda non est Multa enim verba simplicia magis magisque in sermone posterioris aetatis evanescunt, ac si apud atticistas, qui dicuntur, et scriptores Byzantinos denuo saepius leguntur, ex antiquiorum libris ea petita esse putaveris. Neque aoristi *ἦλθον* tot exstant exempla quot apud veteres ac prope doleo me non, ut alias feci, omnia contulisse. Ind. leguntur VI f. 9, 1: *φόνον ἀκούσιον φεύγων ὁ Βελλεροφόντης ἦλθε πρὸς Προῖτον*, XIV 25, 8: *ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς μὴ τῇ αὐτῇ τὴν ἀναχώρησιν ᾗπερ ἦλθον ποιεῖσθαι*, part. IV 58, 2: *τοὺς δ' ἄλλους Ἡρακλείδας φασὶν ἐλθόντας παρ' Αἰγίμιον - κατοικῆσαι*, cf. V 62, 4. XIII 2, 5. 8, 5. XIV 25, 7; inf. IV 61, 1: *ὁ δ' ἔχρησεν ἐλθεῖν αὐτοὺς πρὸς Αἰακόν*, VI f. 1, 10 semel inf. et bis part.

Notum est imperfectum v. ἥκειν, quod notione fere est plusquamperfecti, nullo discrimine etiam eis locis adhiberi, quibus aoristum exspectamus. Nam in narratione et in eodem enuntiato prope aoristos invenitur et in protasi, ubi in apodosi aoristus sequitur, et invicem. Cuius rei exempla, cum sescenta exstent, haec, quae afferentur, satis sint.

Legitur II 24, 7: *τοῦ δ' ἐνιαυσίου χρόνου διελθόντος πάντες οὗτοι πλῆθος στρατιωτῶν συναγαγόντες ἧκον πανδημεὶ πρὸς τὴν Νίνον κτλ*, 26, 3: *μετακληθέντων οὖν πάντων πάλιν καὶ ἀναμεινάντων ἧκέ τις ἀπαγγέλλων διότι δύναμις ... ἐστι πορευομένη*, IV 61, 1: *Μίνως δὲ πυθόμενος τὴν συμφορὰν ἧκεν εἰς τὰς Ἀθήνας δίκας αἰτῶν τοῦ φόνου*, cf. XI 2, 3. 3, 6. 3, 7. 4, 6. 5, 2. 6, 3. 8, 4. 8, 5. 20, 5. 21, 4. 28, 1. 34, 2. 80, 5. 81, 5. XII 47, 4. 67, 1. 69, 3. 79, 3. XIII 66, 4: *ἐν μὲν ταύτῃ φρουρὰν κατέλιπεν, αὐτὸς δὲ διὰ τάχους ἧκε. . εἰς Βυζάντιον*, cf. XIII 70, 3. 75, 1: *ὥρμησε καὶ πορευθεὶς ἧκε νυκτὸς ἐπὶ τὸν.. τόπον*, XIV 22, 3: *ὡς δ' εἰς τὸ Βαβυλώνιον ἧκε πεδίον, στρατοπεδείαν ἐβάλετο*, et pariter XVII 31, 4: *ὡς δ' ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες τὴν τοῦ Μέμνονος τελευτήν, ἀπελύθη* (*Ἀλέξανδρος*) *τῆς πολλῆς ἀγωνίας*. Invenitur *ἥκειν* praeterea XIV 33, 4. XV 8, 1. 32, 1. 41, 4. 52, 1. 61, 4. 62, 2. 62, 5. 65, 5. 68, 4. 93, 2. XVI 9, 6. 16, 2. 20, 3. 30, 4. 35, 1. 35, 2. 46, 5. 59, 2. 84, 2. 84, 4. 85, 2. 85, 3. XVII 4, 4. 9, 1. 10, 4. 10, 5. 65, 1. 68, 2. 68, 3. 77, 1. 81, 3. 85, 4. 91, 1. 93, 1; 95, 4: *κατὰ δὲ τοῦτον τὸν χρόνον ἧκον ἐκ τῆς Ἑλλάδος σύμμαχοι*, sequitur deinde *ἐκομίσθησαν δὲ καὶ πανοπλίαι διαπρεπεῖς*, 8, 3: *Θηβαίων ... πολιορκούντων τὴν ἄκραν ἧκεν ὁ βασιλεὺς ἄφνω πρὸς τὴν πόλιν καὶ κατεστρατοπέδευσε πλησίον τῶν Θηβῶν*, cum *μὲν-δὲ* 63, 1: *Ἀντίπατρος δὲ πυθόμενος τὴν τῶν Ἑλλήνων συνδρομὴν τὸν μὲν ἐν τῇ Θράκῃ πόλεμον ὥς ποτ' ἦν δυνατὸν διέλυσεν, εἰς δὲ τὴν Πελοπόννησον ἧκε μετὰ πάσης τῆς δυνάμεως*, 100, 3 impf. in protasi: *ὡς ὁ τῆς μονομαχίας χρόνος ἧκε, πολλαὶ μυριάδες ἀνδρῶν συνήχθησαν ἐπὶ τὴν θέαν*. Ceterum v. XVII 106, 1. 108, 1. 110, 2. 110, 4. 112, 4. 113, 1. 115, 6. XVIII 7, 5. 9, 4. 11, 5. 16, 9. 23, 1. 37, 1. 38, 5. 38, 6. 39, 1. 47, 4. 58, 2. 59, 3. 63, 4. 65, 1. 65, 3. 70, 4. XIX 17, 2; 18, 1: *ἐπειδὴ ἧκεν, ἀπέδειξε,*

cf. 19, 6; 22, 1: *ὡς δέ ποϑ' ἧκον εἰς Περσέπολιν τὸ βασίλειον, Πευκέστης . . ϑυσίαν ἐπετέλεσε μεγαλοπρεπῆ*, cf. 30, 3. 24, 4. 26, 1. 67, 3. XIX, 46, 3 89, 1.

Infinitivi praesentis leguntur VIII, f. 21, 1 *συνταξαμένων τῶν ἐπευνακτῶν τῷ Φαλάνϑῳ. τότε ἥκειν πρὸς τὴν στάσιν κατὰ τὴν ἀγοράν. ἐὰν αὐτὸς ἐπὶ τὸ μέτωπον ἐφελκύσῃ τὴν κυνῆν, μετὰ τῶν ὅπλων*[1]), XI 61, 4: *τοὺς μὲν Ἕλληνας οὐχ ὑπελάμβανον ἥκειν . . . τοὺς δὲ Πισίδας ὑπελάμβανον ἥκειν*, XIII, 5, 3. 50, 10. 60, 2. 68, 5: *τὴν εὐτυχίαν εἰς τὴν πόλιν ἥκειν διελάμβανον*, XIX 13, 5. 46, 2.

Sequuntur composita verbi *ἰέναι* secundum praepositiones distributa.

ἀπο: Invenitur imperfectum *ἀπῄει* XIII 101, 2: *ὁ δὲ Διώξιππος ἀφεὶς τὸν πεπτωκότα καὶ περιβόητον νίκην ἀπενεγκάμενος ἀπῄει ταινιούμενος ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων ὡς κοινὴν πᾶσι τοῖς Ἕλλησι παρεσχημένος εὐδοξίαν.* Tum pergit. *οὐ μὴν ἡ τύχη γε εἴασεν ἐπὶ πολὺν χρόνον καυχήσασϑαι τὸν ἄνδρα τῇ νίκῃ.* Atque optimo iure imperfectum positum est, ut depingat, quam laetus victoria reportata victor processerit. Eadem fere de causa impf. *ἀπῄει* legitur prope aoristum XIX 9, 2: *καὶ ταῦτα λέγων (Ἀγαϑοκλῆς) τὸ μὲν χλαμύδιον ἑαυτοῦ περιέσπασε, τὸ δ' ἱμάτιον μεταλαβὼν ἀπῄει, τῶν πολλῶν ἑαυτὸν ἀποδείξας ἕνα. ταῦτα δ' ἔπραττε τὸν δημοτικὸν ὑποκρινόμενος.* Pedetemtim et tarde abscedit neque omnino ex contione prorsus exit, quod infra licet cognoscere: *εὐϑὺς γοῦν οἱ διαπεφορηκότες τὰ τῶν ἠτυχηκότων ἐβόων μὴ καταλιπεῖν ἑαυτούς.*

Bis notavi inf. praes.: XIII, 9, 5: *διόπερ τὴν δύναμιν ἑτοίμην κατασκευάσας πρὸς τὸν κίνδυνον ἐκήρυξε τὸν βουλόμενον Θηβαίων ἀπιέναι πρὸς αὐτὸν καὶ μετέχειν τῆς κοινῆς εἰρήνης*, XXIV fr. 13: *ἐκέλευσεν ἀ. τὴν ταχίστην.*

---

1) Verba puto corrupta esse. Nam praeter alia, quae offendunt, deest verbum finitum nec *μετὰ τῶν ὅπλων* sic positum tolerari potest. Persuasum igitur habeo verbum illud interisse et reliqua verba male confusa esse. Ideo sic malim scribere: *συνταξαμένων τῶν ἐπευνακτῶν τῷ Φαλάνϑῳ πρὸς τὴν στάσιν τότε προσέταξεν ἥκειν αὐτοὺς κατὰ τὴν ἀγορὰν μετὰ τῶν ὅπλων, ὅταν αὐτὸς ἐπὶ τὸ μέτωπον ἐφελκύσῃ τὴν κυνῆν·*

Sed multo saepius aor. invenitur, velut ind. IV 37, 5: *λαβὼν τὴν Ἰόλην ἀπῆλθεν*, XII 24, 4: *ἐκπηδήσας ἀ. πρὸς τὸ στρατόπεδον*, 79, 7: *εἰς τὴν οἰκείαν*, cum part. XI 77, 5: *ἀπῆλθον ἐκ τῆς Αἰγύπτου καὶ εἰς Κυρήνην ἀπελθόντες ἐσώθησαν*, XIX 75, 6; part. I 65, 8: (*ἔφη*) *ἀπελθὼν οὖν βούλεσθαι καθαρὸς ἀποδοῦναι τὸ ζῆν τῇ πεπρωμένῃ*, IV 62, 2. XI 77, 4; inf. IV 33, 2: *προσέταξεν ἀπελθεῖν*, XIV 75, 2. 82, 6. XVIII 13, 4.

διά et *διεξ*. Verbi *διιέναι* unum attuli imperfecti exemplum XIV 91, 2: *μετὰ δέ τινας ἡμέρας τῶν Λακεδαιμονίων μέρος τῆς στρατιᾶς διῄει διὰ τῆς Κορινθίας χώρας, οἷς Ἰφικράτης καί τινες τῶν συμμάχων ἐπιπεσόντες τοὺς πλείστους ἀνεῖλον.* Imperfecto utitur tempore, quia iter per fines Corinthiorum nondum finitum erat. Part. aor. legitur IV 19, 4: *διελθὼν τὰς Ἄλπεις . . ἐποιήσατο τὴν πορείαν*, 21, 1: *δ. τὴν χώραν*, 24, 4. Ceterum verbum *διιέναι* [*διελθεῖν*] saepe cum notione disserendi vel enarrandi adhibetur, quem usum omisi illustrare, quia metaphoricus est. Deinde significat ‚praeterire' de tempore dictum velut II 24, 7: *τοῦ ἐνιαυσίου χρόνου διελθόντος ἧκον πρὸς τὴν Νίνον*, IV 65, 1; ind. ib. 56, 1: *ὡς ὁ χρόνος διῆλθε.*

Verbi *διεξιέναι* octies legi part. praes. I 55, 6: *διαβὰς εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ διεξιὼν ἅπασαν τὴν Θρᾴκην ἐκινδύνευσεν*, IV 18, 3: *δ. τὴν χώραν κατέλιπε*, 19, 3: *δ. ὡδοποίησε*, ib. 4 *τὰ διεξιόντα τῶν στρατοπέδων*, tum infra *τὴν πεδιάδα δ.*, 21, 5: *ἀναζεύξας καὶ δ. τὴν παραλίαν κατήντησεν εἰς τὸ Κυμαῖον πεδίον*, 59, 1: *δ. ἐπεβάλετο*, XIV 79, 3: *δ. διέφθειρε.* Omnibus his locis impf. sensu verborum postulatur.

εἰς et *παρεις*: Impf. v. *εἰσιέναι* legitur XX 26, 2: *τῷ δ' Εὐμήλῳ χρησμὸς ἦν τὴν φερομένην οἰκίαν φυλάξασθαι. ὅθεν πάλιν οὗτος εἰς οἰκίαν οὐκ εἰσῄει προχείρως κτέ.* Consuetudo igitur Eumeli imperfecto indicatur. Part. praes. vidi XIII 2, 5: *προσελθὼν τῇ βουλῇ ἔφη ἑωρακέναι τινὰς εἰσιόντας.* Ind. aor. legi XII 10, 4: *ἀδεῶς εἰσῆλθεν ἐντὸς τοῦ τείχους*, inf. XIII 4, 4: *ἐασάντων εἰσελθεῖν*, v. *παρεισιέναι* duo exempla part. aor. XII 27, 2: *πλεύσας . . παρεισελθὼν . . κατέστησε*, ib. 3: *ἔλαθον παρεισελθόντες.*

ἐξ et *ἐπεξ*: Impf. *ἐξῇσαν* invenitur XIV 9, 1: *οἱ μὲν Συρακόσιοι . . . ῥαθυμότεροι καθειστήκεσαν καὶ τοὺς μὲν ἱππεῖς ἀπέλυσαν . ., τῶν δὲ πεζῶν οἱ πλεῖστοι κατὰ τὴν χώραν ἐξῇσαν, ὡς ἤδη καταλελυμένης τῆς τυραννίδος. οἱ δὲ Καμπανοὶ . . παρεγενήθησαν.* Scripsit autem *ἐξῇσαν* impf., quod quotidie exire solebant et erant extra urbem, cum mercennarii Dionysii milites subito eos agressi sunt. Part. praes. exstat VIII fr. 12, 7: *ὥσπερ ἐκ πανηγύρεως ἀλλ' οὐ τηλικαύτης μάχης ἐξιὼν οὐκ ἐπειράθη κτἑ*, 89, 3: *τὸ ἐκ τῆς πόλεως ἐξιὸν πλῆθος . . παρέπεμπον*, XV 80, 2. XVI 49, 4. Part. aor. tradita sunt IV 44, 5: *πρὸς ὑδρείαν ἐξελθόντα . . . ἀπολειφθῆναι*, XIII 8, 2: *ἐξελθόντων τῶν Ἀθηναίων συνῆψαν μάχην*, cf. 69, 4. XIV 99, 3. XVII 79, 4: *ἐξελθὼν εἶπεν.*

Verbi *ἐπεξιέναι* duo attuli inf. praes. exempla: XIV 62, 5: *οὐδενὸς ἐπεξιέναι τολμῶντος τότε μὲν ἀπῆγε τὴν δύναμεν* . ., XII 10, 4: *οὐδ. τολμ. ἐπ. κατεστρατοπέδευσεν*, nullum impf., quod forte evenit. Nam cum v. *ἐξιέναι* impf. usus sit, nulla causa est, cur eum putemus de industria impf. *ἐπεξῄειν* vitavisse. Part. aor. legi XI 88, 2: *ἐπεξελθόντων ἐπ' αὐτὸν τῶν Σικυωνίων . . ὁ Περικλῆς νικήσας . . κατέκλεισεν αὐτοὺς εἰς πολιορκίαν*, XII 60, 4: *τῶν δ' ἐκ τῆς Ἀμπρακίας ἐ. πανδημεὶ . . ἀπέκτεινεν*, cf. XIII 6, 5. 7, 5. XVII 48, 4; XX 23, 6: *ἐξεβιάσθη πολλαπλασίων ἐπ' αὐτὸν ἐπεξελθόντων.*

ἐπί: Verbum compositum *ἐπιέναι* saepissime apud Diodorum invenitur et quamquam plurimis locis aoristus *ἐπῆλθον* legitur, tamen imperfectum non rarum est. Ceterum usus huius compositi nihil habet, quod a lege generali recedat.

Reperitur impf. inter aoristos positum II 2, 1: *διόπερ τῆς μὲν Μηδίας σατράπην (Νίνος) ἕνα τῶν περὶ αὐτὸν φίλων κατέστησεν, αὐτὸς δ' ἐπῄει τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνη καταστρεφόμενος καὶ χρόνον ἑπτακαιδεκαετῆ καταναλώσας πλὴν Ἰνδῶν καὶ Βακτριανῶν τῶν ἄλλων ἁπάντων κύριος ἐγένετο,* Nihil autem illud imperfectum habet singulare. Nam finis

eius rei, quae verbis *τὰ ἔθνη ἐπῄει* expressa est, est *τῶν ἄλλων ἁπάντων κύριος ἐγένετο.* Leguntur praeterea imperfecta XIII 44, 6: *ἐπῄει τὴν Λιβύην ἐπιλεγόμενος τοὺς κρατίστους καὶ.. παρεσκευάζετο,* 47, 7: *ἐπῄει τὰς πόλεις καὶ ἐπράττετο χρήματα,* 80, 2: post *οὗτοι ἔπεμψαν: αὐτοὶ δ' ἐπῇσαν τὴν Λιβύην καταγράφοντες,* 113, 3: *Διονύσιος ἐπελθὼν τὴν πόλιν . . . ἀνεῖλε καὶ ἐπῄει τὰς οἰκίας,* ubi simili de causa ac supra [II 2,1] impf. post aor. positum est. Nec minus eadem de causa scriptor utitur imperfecto XIV 17, 11: *ὁ δὲ Πανσανίας τότε μὲν ἔλυσε τὴν πολιορκίαν, μετὰ δὲ ταῦτ' ὁρῶν ἐργώδη τὴν αλωσιν οὖσαν ἐπῄει πορθῶν καὶ φθείρων τὴν χώραν ἱερὰν οὖσαν καὶ παμπλήθεις ὠφελείας ἤθροισεν,* 62, 5: *τότε μὲν ἀπῆγε τὴν δύναμιν, μετὰ δὲ ταῦτα τὴν χώραν ἐπῄει.* Iterum inter aoristus reperitur 94, 3: *εἴκοσι μὲν καὶ τρεῖς τριήρεις διεφθάρησαν. μετὰ δὲ τῶν λοιπῶν διασωθεὶς ἐπῄει τὰς κατὰ τὴν Λέσβον πόλεις προσαγόμενος*; sequitur deinde 4: *ἐπισυνῆψε μάχην.*, 99, 2: *οὗτος μὲν (Θίβρων) . . . ἐπῄει τὴν τοῦ βασιλέως χώραν φθείρων, Στρούθας δὲ. . . κατεστρατοπέδευσε,* quo loco pariter ac supra prior actio permanet, cum altera fiat. Cf. praeterea XVII 70, 2: *οἱ Μακεδόνες τὲ πῇσαν τοὺς ἄνδρας φονεύοντες,* XVIII 52, 8. XIX 72, 4. 76, 1. 85, 4. XX 25, 4: *ἐπῄει πάντας τοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς ἀπαντῶντας ἀποσφάττων,* XXXIV et XXXV, fr. 2, 16. XXXVI 2, 4.

Infinitivus praes. legitur V 77, 4 in oratione obliqua: *τῶν γὰρ θεῶν φασι τοὺς πλείστους ἐκ τῆς Κρήτης ὁρμηθέντας ἐπιέναι πολλὰ μέρη τῆς οἰκουμένης εὐεργετοῦντας . . καὶ μεταδιδόντας . . Δήμητραν μὲν γὰρ περαιωθεῖσαν ἀπᾶραι .,* tum *παραδοῦσαν καὶ . . διδάξασαν . . τυχεῖν.* Imperfecto autem tempore Diodorus utitur, ut consuetudinem quasi deorum depingat, singulae res deinde aoristo narrantur. Praetera exstat inf XI 36, 3: *δόξαντες τὸν Ξέρξην ἐπιέναι ἐφοβήθησαν.* Participia praes. inveniunturIV2,5:(*Διόνυσόν φασιν*) *ἐπιόντα σχεδὸν ὅλην τὴν οἰκουμένην πολλὴν χώραν ἐξημερῶσαι,* cf. 57, 8: *ἐπιόντες . . ἐδέοντο δέξασθαι σφᾶς αὐτούς,* III 3, 1:

τοὺς περὶ Ἡρακλέα καὶ Διόνυσον ἐπιόντας ἅπασαν τὴν οἰκουμένην . . καταπολεμῆσαι, XI 3, 5: *τῶν πρέσβεων ἐπιόντων καὶ . . αἰτούντων . . ἀπεδείκνυντο*, 82, 5. XIX 64, 2.

Multo pluribus locis, ut supra dixi, aoristus apud Diodorum invenitur, quod natura huius verbi partim efficitur, nec tamen est ullum exemplum, quod explicatione accurata egeat. Quam ob rem non in animo habeo omnia hic afferre exempla, sed pauca propositum est verbis exprimere reliqua tantum enumerare. Indicativi leguntur: I 55, 3: *οὐ μόνον γὰρ τὴν ὕστερον ὑπ' Ἀλεξάνδρου τοῦ Μακεδόνος κατακτηθεῖσαν χώραν ἐπῆλθεν ἀλλὰ καί τινα τῶν ἐθνῶν ὧν ἐκεῖνος οὐ παρέβαλεν εἰς τὴν χώραν*. II 2, 3: *ἐπῆλθε τὴν Περσίδα*, idem. 14, 1. V 76, 1: *παρειληφήναι . ., ὅτι ἐπῆλθε τὴν οἰκουμένην*, XIII 68, 1: *ἐπῆλθε τὸν Ἑλλήσποντον*, XIV 7, 6: *θρασέως ἐπῆλθεν ὡς πατάξων*, 90, 7: *ἐπῆλθε τὴν χώραν ἐμπυρίζων*, cf. praeterea XV 31, 3. 36, 2. XVII 8, 1. 73, 1. 104, 4. 74, 2. XVIII 3, 1. XIX 78, 5.

Infinitivi leguntur I 20, 1: (*Διόνυσον*) *γενέσθαι δὲ καὶ περὶ τὴν τῶν ἐλεφάντων θήραν καὶ στήλας . . καταλιπεῖν-ἐπελθεῖν δὲ καὶ τἄλλα τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν ἔθνη καὶ περαιωθῆναι*, III 54, 1. 55, 4. 61, 4. V 4, 2. 66, 4. 71, 2. IV 18, 2. 56, 1. Participia exstant I 20, 3: *τέλος δὲ τὸν Ὄσιριν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπελθόντα εὐεργετῆσαι*, 88, 7: *ἔνιοι δὲ λέγουσι ἐκδιῶξαι τοὺς ἐπελθόντας*, II 17, 6: *πᾶσαν ἐπελθὼν, τὴν Ἰνδικὴν ἤθροισε δύναμεν*, III 33, 3: (*Ἡρακλῆς*) *ἐπελθὼν ἔθετο τὰς στήλας*, ceterum vide III 63, 4. 73, 6. 74, 4. IV 2, 1. IV 28, 2. V 3, 3. XII 81, 1. XIII 108, 3. 113, 3. XIV 11, 5. 26, 7. 80, 2. 87, 3. 97, 5. 99, 3. XIX 74, 5.

κατά: Verbi *κατιέναι* plerumque leguntur exempla aoristi nec ullum notavi locum, quo ind. impf. inveniatur. Inf. praes. traditur XV 40, 3: *οἱ φυγάδες ἐπεχείρησαν κατιέναι*, XVII 109, 1: *ἐκήρυξεν ἐν Ὀλυμπίᾳ τοὺς φυγάδας κατιέναι εἰς τὰς πατρίδας*, XXXI fr. 32a: *διεδίδου λόγους εἰς τὴν Συρίαν ὡς μέλλοντος ἐπὶ τὴν πατρῴαν ἀρχὴν κατιέναι τοῦ μειρακίου*. In reliquis exemplis quae contuli aoristi leguntur, velut indi-

cativus IV 58, 5: *ὡς δ' ὁ πεντηκονταετὴς χρόνος διῆλθε, κατῆλθον εἰς Πελοπόννησον*, XII 77, 1: *κατῆλθον εἰς τὴν πατρίδα οἱ Δήλιοι*, XIII 92, 7: *οὗτοι εὐθὺς εἰς τὴν πατρίδα κατῆλθον*, XV 25, 1: *κατῆλθον εἰς τὴν πατρίδα νυκτός*, XVI 10, 5: *κ. εἰς τὴν πόλιν*, XIX 4, 3: *κατῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα*. Infin. exstat XII 72, 2: *ἐπεχείρουν κατελθεῖν εἰς Λέσβον*, XIV 9, 8: *Διονύσιος τοῖς μὲν κατελθοῦσι φυγάσι φιλανθρώπως ἐχρήσατο βουλόμενος καὶ τοὺς ἄλλους προτρέψασθαι κατελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα*, XIX 4, 3 *ἐπείσθη κατελθεῖν εἰς τὴν πατρίδα*. Participia leguntur IV 22, 1: *Ἡρακλῆς ἐκ τοῦ Φλεγραίου πεδίου κατελθὼν ἐπὶ τὴν θάλατταν κατεσκεύασεν ἔργα*, XIV 9, 8.

περί: Impf. legitur XI 55, 3: *περιῄει ἀξιοῦσα*, XVI 65, 3: *τοὺς πονηροτάτους ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ περιῄει κατὰ τὴν ἀγοράν*. Ind. aor. est V 4, 2: *καθ' ὃν καιρὸν τὰς Γηρυόνου βοῦς ἐλαύνων περιῆλθε πᾶσαν τὴν Σικελίαν*. Ter notavi part. aor. *περιελθὼν* IV 25, 1: *αὐτὸς* (*Ἡρακλῆς*) *δ' ἐγκυκλωθεὶς τὸν Ἀδρίαν καὶ πεζῇ περιελθὼν τὸν προειρημένον κόλπον κατήντησεν εἰς τὴν Ἤπειρον*, XI 9, 3 *περιελθόντες τὰς δυσχωρίας ὑπέλαβον* ..., XIV 72, 1: *αὐτὸς* (*Διονύσιος*) *δ' ἀσελήνου τῆς νυκτὸς οὔσης περιήγαγε τὴν δύναμιν καὶ περιελθὼν ἐπὶ τὸ τῆς Κυάνης ἱερὸν ἔλαθε τοὺς πολεμίους ἅμ' ἡμέρᾳ προσιὼν τῇ παρεμβολῇ*. Ceterum neque horum verborum in usu neque eorum, quae sequuntur, singulare quidquam invenitur. Nam quamquam interdum ind. impf. aut non aut raro reperitur, tamen, ut res sunt, forte id putes evenire.

πρό: compositi *προιέναι* bis legi ind. impf. apud. Diodorum: XIII 18, 6: *οἱ τῶν Ἀθηναίων στρατηγοὶ διελόμενοι .. καὶ λαβόντες .. τάξαντες προῄσαν ἐπὶ Κατάνης*, XVII 101, 2: *ἐφ' ἑπτὰ μὲν ἡμέρας προῄει τῇ δυνάμει*, sequuntur *καὶ ἤγαγε* . . *ἠξίωσε δέ*. Quae exempla vix a regula generali differunt. Nam utroque loco res quae permanet, dum altera incipitur, iure imperfecto exprimitur. Aoristus legitur XVII 49, 2: (*Ἀλέξανδρος*) *καταστήσας δὲ τὰ κατὰ τὴν Αἴγυπτον προῆλθεν εἰς Ἄμμωνος βουλόμενος χρήσασθαι τῷ θεῷ*, ib. 26, 6: *Ἀντίπατρος προῆλθε διὰ Μακεδονίας εἰς Θρᾴκην καὶ διεπολέμει*, cf. X, fr. 4, 1: *οὐ προσέχοντος αὐτοῦ προῆλθεν εἰς τὴν*

ἀγορὰν μετὰ τῆς πανοπλίας, id. fr. 20, 1; part. aor. III 3, 1: *Σεμίραμιν . . . ἐπὶ βραχὺ τῆς Αἰθιοπίας προελθοῦσαν ἀπογνῶναι τὴν ἐπὶ τὸ σύμπαν ἔθνος στρατείαν*. Quae sit differentia inter impf. et aor. huius verbi, bene cognosces, si cum hoc participio comparaveris participium praes., quod legitur XVII 91, 1: *προϊόντος δ' αὐτοῦ μετὰ τῆς δυνάμεως ἧκόν τινες ἀπαγγέλλοντες ὅτι Πῶρος . . . πέφευγεν*. Quod part praes. significat ,cum progrederetur' ,cum esset in itinere'.

πρός: Cuius compositi unum attuli ind. impf. neque puto praeterea apud Diodorum indicativi exemplum inveniri: XVI 7, 3: *ὁ μὲν οὖν Χάρης . . . κατὰ γῆν προσῄει τοῖς τείχεσι, καὶ . . . διεγωνίζετο. ὁ δὲ Χαβρίας προσπλεύσας τῷ λιμένι ναυμαχίαν καρτερὰν συνεστήσατο*; quod impf. sensu verborum satis defenditur. Inf. praes. legitur XIV 71, 1: *οὐδεὶς ἐτόλμα προσιέναι τοῖς κάμνουσι*, part. praes. IV 37, 5: *παρελθὼν εἰς τὴν πυρὰν παρεκάλει τὸν ἀεὶ προσιόντα* (unumquemque qui accedebat) *ὑφάψαι τὴν πυράν*, ad part. aor. appositum IV 9, 6: *Ἀθηνᾶ προσιοῦσα καὶ θαυμάσασα τοῦ παιδίου τὴν φύσιν συνέπεισε τὴν Ἥραν ὑποσχεῖν τὴν θήλην*, quae collocatio satis mira est at similibus locis defenditur: ,accedens et admiratione affecta persuasit.' Ceterum conferri potest huic loco aliqua ex parte XV 27, 3: *προσιόντες ἐπὶ τὰς Θήβας καὶ . . . ὑστερήσαντες ἄπρακτον ἔσχον τὴν ἐπιβολήν*, et XVI 26, 2: (*λέγεται τῶν αἰγῶν*) *ἀεὶ τῷ χάσματι τὴν προσιοῦσαν καὶ προσβλέψασαν αὐτῷ σκιρτᾶν θαυμαστῶς*. Nec video cur Bekker IV 9,6 *παριοῦσα* scribi voluerit. quod sensu nihil melius est et propter usum sermonis, id quod ex insequenti capite licet intellegere, minus aptum. Denique part. praes. exstat XIV 72, 2: *περιελθὼν . . ἔλαθε προσιὼν τῇ παρεμβολῇ*. Ind. aor. legitur IX fr. 4, 2: *ὁ μὲν Πεισίστρατος . . . προσῆλθε τῷ Σόλωνι καὶ ἐπύθετο*, (inf. V 62, 5: *διὰ τὸ συμβὰν . . οὐ νόμιμον προσελθεῖν πρὸς τὸ τέμενος*), part. II 28, 1: *προσελθὼν αὐτῷ Βέλεσυς τῆς εὐεργεσίας ὑπέμνησε*, IV 48, 1: (*τὴν Μήδειαν ἱστοροῦσι*) *προσελθοῦσαν νυκτὸς προσφωνῆσαι* . ., VIII fr. 8, 1: *προσελθὼν παρεκάλει*, X f. 32: *προσελθόντος τινὸς . . καὶ ζητοῦντος . . παρεκελεύσατο*, XI 26, 5: *προσελθὼν ἀπελογίσατο*, XIII 75, 7: *προσελθὼν τῷ πυλῶνι . . ἀνελάμβανε*.

σύν: Ind. impf. inveni XIV 114, 4: *ἅμα δ' αἱ σάλπιγγες παρ' ἀμφοτέροις ἐσήμαινον καὶ τὰ στρατόπεδα σονῇσαν εἰς μάχην μετὰ πολλῆς κραυγῆς. οἱ δ' ἐπίλεκτοι τῶν Κελτῶν . . αὐτοὺς ἀπὸ τῶν λόφων ἐτρέψαντο.* Quo de imperfecto plura non dicam. Licet enim hunc usum ex iis, quae in primo capite huius libelli disputavi, cognoscere. Part. aor. invenitur IV 61, 1: *συνελθόντες οἱ τῶν πόλεων ἡγεμόνες ἐπηρώτησαν τὸν θεόν*, XX 75, 6: *συνελθὼν εἰς λόγους ἀπῆλθεν ἄπρακτος.*

Haec habui, quae de compositis verbi *ἰέναι* dissererem. Apparet igitur, quantum ex exemplis quae leguntur licet concludere, usum Diodori ab aliis scriptoribus nihil differre. Aliter res se habet in verbis comp. *ἐπανιέναι* et *παριέναι*, de quibus in capite sequente dicturus sum.

IV. De *ἐπανιέναι* et *παριέναι*.

Verborum *ἐπανιέναι* et *παριέναι* exempla, quae in libris Diodori leguntur, usque ad vicesimum omnia collegi. Ea, quae in reliquorum fragmentis inveniuntur, non notavi, cum nihil novi in his exstare cognovissem. Ac mirum sane est, cum Diodorus saepissime illis verbis usus sit, nullo loco imperfectum verbi *ἐπανιέναι* reperiri, uno v. *παριέναι*. Quod ut casu accidisse putemus, fieri non potest. Haec enim verba tam saepe leguntur, ut id existimare nequeamus. Atque etiam participia et infinitivi praesentis perrara sunt neque cum aoristis sensu protinus conveniunt. Nam cum praes. *παριέναι* significet ‚adire‘ vel ‚prodire‘[1]) vel ‚praeterire‘, et *ἐπανιέναι* interdum fere idem, quod *ἀναβαίνειν* (*εἴς τινα*

1) Sic veteres etiam saepe dicunt: de oratoribus Isocr. 8, 15: *οἱ ἐπὶ τὸ βῆμα παριόντες*, Andoc. 2, 2 a, l.; cum notione adeundi. Her. III 77. Xen. An. III 5, 48 a. l.

χώραν), ut redeundi notio paene evanuerit, aor. παρελθεῖν notione est adveniendi, uno loco praetereundi [1]), aor. ἐπανελθεῖν revertendi. E contrario hunc aoristi sensum exhibet inf. praes. v. ἐπανέρχεσθαι, qui semel, si quid video, legitur [XVIII 38, 3].

Sexies part. praes. ἐπανιών in prioribus viginti libris legi; nullum nisi fallor, in fragmentis exstat posteriorum. Invenitur IV 30, 3: ὁ Ἰόλαος ἐπανιὼν εἰς τὴν Ἑλλάδα καὶ προσπλεύσας τῇ Σικελίᾳ διέτριψεν ἐν τῇ νήσῳ. Eodem modo cum part. aor. coniungitur ib. 33, 7: [Ἡρακλῆς] ἀπὸ ταύτης τῆς στρατείας ἐπανιὼν εἰς τὴν Ἀρκαδίαν καὶ καταλύσας παρὰ Ἄλεῳ . . μιγεὶς . . καὶ ποιήσας εἰς Στύμφαλον ἐπανῆλθεν. Quo loco bene licet cognoscere, qua ratione praes. et aor. differant. In ἐπανιών genuina notio revertendi paene exstincta est. Nam antea non apud regem Ἄλεων fuerat, sed fuerat Stymphali iam prius. Recte igitur deinde εἰς Στύμφαλον ἐπανῆλθεν dicitur. Eadem res est IV 37, 4: ἐ. εἰς Τραχῖνα καὶ προκληθεὶς ἀπέκτεινε. Reliqua exempla notione tam prope ad aor. accedunt, ut ea secernere non opus sit. Quae inveniuntur XV 93, 6: ἐ. εἰς τὴν πατρίδα διὰ Κυρήνης ἐτελεύτησε, XVI 31, 5: ἀναχωρήσας ἀνελάμβανε τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανιόντας, XX 25, 4: ἐκ γὰρ τῆς Σινδικῆς ἐ. εἰς τὴν οἰκείαν καὶ σπεύδων πρός τινα θυσίαν ἤλαυνε ἐπί τινος τεθρίππου πρὸς τὰ βασίλεια. Eodem sensu semel legitur inf. ἐπανέρχεσθαι, sed in interrog., quae dicitur, indirecta XVIII 18, 3: ἠξίου δ' αὐτὸν ἡ Ὀλυμπιὰς συμβουλεῦσαν πότερον αὐτῷ δοκεῖ συμφέρειν μένειν . . ἢ ἐπανέρχεσθαι.

Part. praes. παριών legitur XI 92, 3: οἱ χαριέστατοι τῶν πρεσβυτέρων παριόντες ἀπεφαίνοντο σώζειν τὸν ἱκέτην. Verbi igitur sensus est, ‚ad loquendum prodire‘. Tum ‚adeuntes‘ significat XVI 49, 4: παριόντες εἰς τὸ χωρίον τῶν ἐξιόντων Ἑλλήνων ἀφῃροῦντο πολλά, ‚praetereuntes‘ IV 59, 2: τοὺς παριόντας ἀποκτείνοντα. Denique conieci (v. s. v. ἀπιέναι) XVII 9, 5: οἱ δὲ Θηβαῖοι ἀντεκήρυξαν παρεῖναι πρὸς αὐτούς pro παρεῖναι, si modo in libris traditum est, παριέναι scribendum esse. Nam παρεῖναι certe ineptum est et praeterea

1) XIV 24, 6 cf. p. 36.

haec verba respondent eis, quae paulo supra sunt: *ἐκήρυξεν ἀπιέναι*. Quamquam haud ignoro *παρεῖναι* saepius tamquam perfectum verbi *παριέναι* adhiberi ideoque ei praepositiones cum accus. adiungi, velut *παρεῖναι εἴς τι* Her. I 9. VI 24. Thuc. VI 88, *ἐπὶ δεῖπνον* Her. I 21; *ἐπὶ τὰς κώμας* Xen. An. VII 4, 6 a. l.; *παρῆσαν ἐπὶ τοῦτο τὸ βῆμα* Dem. I 8, *πάρεστι πρὸς τοῦτο καιροῦ τά πράγματα* Dem. VI 8; *παρεῖναι πρὸς τὴν κρίσιν* Xen. An. IV 26. Sed Diodorum puto *ἀντεκήρυξαν παρεῖναι* nec scripsisse nec scribere potuisse. Quod ex re ipsa sepuitur. neque pluribus explicari oportet.

Verba *ἐπανελθεῖν* et *παρελθεῖν* in corum sunt numero, quae saepissime apud Diodorum inveniuntur; neque minus crebra sunt quam *ἐπιβαλέσθαι* ‚incipere', *παραγενέσθαι*, *παρασκευάζειν* (*παρασκευάζεσθαι*), *συμβαίνειν* alia. At mihi non est propositum omnia afferre exempla.

Ind. aor. invenitur I 55, 10: *προσέταξε δωροφορεῖν* . ., *αὐτὸς δ' ἀθροίσας αἰχμαλώτων-πλῆθος ἀνυπέρβλητον ἐπανῆλθεν εἰς τὴν πατρίδα*, 65, 8: *καὶ πέρας τοῖς ἐγχωρίοις ἀποδοὺς τὴν βασιλείαν ἐπανῆλθεν εἰς τὴν Αἰθιοπίαν*, 68, 1. II 16, 1. II 19, 10: *ὁ μὲν τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς . . . ἡσυχίαν ἔσχεν, ἡ δὲ Σεμίραμις ἀλλαγὴν ποιησαμένη τῶν αἰχμαλώτων ἐπανῆλθεν εἰς Βάκτρα*, IV 33, 7: *ποιήσας ἐπανῆλθεν*, 33, 1: *ἄπρακτος ἐπανῆλθεν*, 38, 3: *τὸ στρατόπεδον ἀπολύσας ἐ. εἰς τὴν Τραχῖνα*, 67, 1. V 15, 6. IX fr. 16. X 2, 4. XI 2, 6. 80, 2. 83, 4. 88, 5. XII 3, 4. 6, 1. 24, 5. 27, 7. 28, 4. 44, 3. 47, 2. 52, 1. 55, 6. 65, 8. XIII 15, 3: *ὁ μὲν οὖν Νικίας τοσούτοις χρησάμενος λόγοις πάλιν ἐπὶ τὴν ἰδίαν τάξιν ἐπανῆλθεν*; antea sunt imperfecta a *παρέπλει* usque ad *ἠξίουν*. Aoristo rebus singulis, quae enarrantur, finis imponitur et actio ad novi aliquid progreditur. Praeterea leguntur aoristi XIII 21, 3. XV 27, 4. 29, 5. 61, 5. XVI 25, 1. 32, 2. 33, 4. 34, 3. 38, 2. 39, 5. 39, 7. 48, 7. 51, 3. 60, 4. 69, 7. 72, 4. 85, 1. 89, 3. XVII 4, 9. 8, 2. 16, 1. 43, 3. 51, 4. 52, 7. 60, 7. 73, 4. 94, 5. XVIII 11, 5. 13, 4. 14, 3. 20, 2. 34, 5. 51, 7. 59, 2. 71, 1 XIX 53, 7. 54, 4. 55, 8. 67, 7. 79, 3. 89, 3. Inf. aor. reperiuntur III 54, 7: *οὐ δυνηθεῖσαν κρατῆσαι τῆς ἐπιβολῆς ἐπανελθεῖν ἐπὶ τοὺς ὅρους τῆς χώρας*, 71, 5: *τὸν δὲ Διόνυσον ἀθροίσαντα*...

ἐπανελθεῖν εἰς τὴν Νῦσαν, IV 55, 2: *Θετταλὸν . . . ἐν Κορίνθῳ τραφέντα ἐπανελθεῖν εἰς Ἰωλκόν*, 60, 4: *προστάξαι ζητεῖν καὶ μὴ ἐπανελθεῖν*, quo loco inf. praes. *ζῆτειν* et aor. *ἐπανελθεῖν* coniunguntur; XVIII 12, 4: *οὔτ' εἰς Μακεδονίαν ἐπανελθεῖν ἀσφαλῶς δυνάμενος*, XIX 57, 2: *συνέβη ἐπανελθεῖν*.

Leguntur participia I 20, 5: *ἐπανελθόντα . . . συναποκομίσαι*, III 55, 9: *τῶν Ἀμαζόνων ἐπανελθουσῶν μυθολογοῦσι τὴν μητέρα τῶν θεῶν . . κατοικίσαι*, IV 32, 1: *ἐπανελθὼν εἰς Πελοπόννησον ἐστράτευσεν εἰς Ἴλιον*, v. praeterea 33, 1. 32, 4. 33, 1. 55, 6. 62, 2 bis, 82, 4. XII 78, 5: *ἐπανελθόντων τῶν στρατοπέδων δι' ὀργῆς εἶχον*, 82, 1. XVI 48, 7. XVII 16, 1: *ἐπανελθὼν . . συνήγαγε*, 77, 1. XVIII 18, 7. 47, 1: *ἀπὸ τῆς μάχης ἐπανελθόντος*, 55, 4. XIX 59, 3.

Octogies igitur novics aor. invenitur in prioribus undeviginti libris, sexies part. praes, numquam imperfectum.

Impf. veri *παριέναι* uno loco, quantum scio, legitur XVI 84, 4: *ὡς δ' ἧκον οἱ στρατηγοὶ καὶ τὸν μηνύσαντα παρῆγον κἀκεῖνος εἶπε, σιωπὴ μὲν καὶ φόβος κατεῖχε τὸ θέατρον, καὶ τῶν εἰωθότων δημηγορεῖν οὐδεὶς ἐτόλμα συμβουλεῦσαι. πλεονάκις δὲ τοῦ κήρυκος καλέσαντος τοὺς ἐροῦντας ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας, οὐδεὶς παρῄει σύμβουλος. ἀπορίας οὖν μεγάλης οὔσης καὶ καταπλήξεως ἀπέβλεπε τὸ κλῆθος ἐπὶ τὸν Δημοσθένην* e. q. s. De quo imperfecto, quamquam sensu cum participiis quae supra attuli convenit, tamen hic disserere malui, quia singulare est et dignum, de quo pluribus disputetur. Cum enim alii huius libri tum hic locus sine dubio ex Demosthenis oratione de corona prodierunt. Utrum ex ipso Demosthene sua Diodorus petiverit an ex alio scriptore, nolo investigare, quod, ut supra dixi, meum non esse putavi, in hoc libello de fontibus Diodori disserere. Sed persuasum mihi est eum orationem illam Demosthenis aut aliam non adhibuisse, neque 85, 4: ubi Demosthenem ad verbum laudat: *τότ' ἐγὼ μὲν τῷ Πύθωνι θρασυνομένῳ καὶ πολλὰ ῥέοντι καθ' ὑμῶν οὐχ ὑπεχώρησα*, testimonio est. Qui loci per totam antiquitatem notissimi erant [cf. exempli causa schol. ad Ar. Equ. 526, Pseudo-Long. de subl. 10, 7:]

et veteres ediscere eos assueverant. Sane non dico Diodorum celeberrimam illam orationem non legisse, sed hoc loco alio eum scriptore puto usum esse. – Quo res clarior fiat, locum or. de cor., de quo agitur, partim liceat afferre: § 169 ss. *ἑσπέρα μὲν γὰρ ἦν κτλ. καὶ μετὰ ταῦθ' ὡς ἦλθεν ἡ βουλὴ καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμέν' ἑαυτοῖς καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον κἀκεῖνος εἶπεν, ἠρώτα μὲν ὁ κῆρυξ 'τίς ἀγορεύειν βούλεται;' παρῄει δ' οὐδείς. πολλάκις δὲ τοῦ κήρυκος ἐρωτῶντος οὐδὲν μᾶλλον ἀνίστατ' οὐδείς, ἁπάντων μὲν τῶν στρατηγῶν παρόντων, ἁπάντων δὲ τῶν ῥητόρων, καλούσης δὲ [τῆς κοινῆς] τῆς πατρίδος [φωνῆς] τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ σωτηρίας*[1]). Ex Demosthenis igitur loco impf. *παρῄει* prodiit, et cum unum sit exemplum, cognoscere possis, quantopere ab hac forma abhorruerit.

E contrario aoristi saepissime leguntur: VI 14, 3: *[Σεμίραμις] τὴν Αἴγυπτον πᾶσαν ἐπῆλθε καὶ τῆς Λιβύης τὰ πλεῖστα καταστρεψαμένη παρῆλθεν εἰς Ἄμμωνα*, III 6, 4: *λαβὼν γὰρ φρόνημα τῆς βασιλείας ἄξιον παρῆλθε μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὸ ἄβατον*, IV 18, 1: *παρῆλθεν ἐπὶ τὸν ὠκεανόν*, 25, 1: *παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας καὶ μετέσχε τῶν ἐν Ἐλευσῖνι μυστηρίων*, 31, 4: *παρῆλθεν εἰς Πύλον καὶ ἐκαθάρθη*, item 33, 9. 33, 11. 69, 2. 64, 1. XI 18, 3: *αὐτὸς εἰς τὸν ἐναντίον τόπον παρῆλθεν*, 80, 2: *πυνθανόμενοι παρῆλθον εἰς Τάναγραν*, 92, 1: *π. εἰς τὴν ἀγοράν*, XI 68, 3: *παρῆλθεν εἰς τὴν χώραν*, XIII 102, 1: *π. εἰς τὸ μέσον*, XVI 38, 4. XVII 4, 2. 37, 5. 49, 1. XVIII 9, 5. 54, 3. 68, 2. 68, 3. 69, 3. XIX 35, 5: *π. εἰς Πύδναν*, 36, 5: *ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν παρῆλθεν εἰς Ἐκβάτανα*, 54, 3. 63, 4. 64, 8; cum impf. coniunctum 77, 5: *εἰς δὲ τὴν Χαλκίδα παρῆλθε καὶ τὰς δυνάμεις μετεπέμπετο*, 84, 2: *ἀπολιπόντες παρῆλθον εἰς τὴν πόλιν*.

Saepissime etiam huius verbi part. inveniuntur: IV 10, 7: *παρελθὼν εἰς Δελφοὺς ἔλαβε χρησμόν*, 18, 1: *παρελθὼν εἰς*

---

1) Quae sunt in codicibus v. in ed. Hermanni Lipsii. Lipsiae 1887. Loci corrupti medicina facile videtur inveniri posse cum Diodorum partim secuti scribimus: *καλούσης δὲ τῆς πατρίδος τὸν ἐροῦνθ' ὑπὲρ τῆς κοινῆς σωτηρίας*. *φωνῆς* error est librarii temere scribentis, qui ex *κοινῆς* fecit *φωνῆς* per dittographiam quandam, partim fortasse verbo *καλούσης* inductus.

Αἴγυπτον ἀνεῖλε Βούσιριν τὸν βασιλέα, 31, 4: *παρελθὼν ἐκαθάρθη*, 37, 5: *παρελθὼν εἰς τὴν πυρὰν παρεκάλει..σφάψαι*, IX fr. 20, 1: *παρελθὼν εἰς τὴν ἐκκλησίαν παρεκάλει τοὺς Ἀθηναίους*[1]). Alia exempla sunt: XI 88, 3. XII 9. 5. 46, 7. 47, 1. 67, 2. 79, 2. XIII 52, 2.: *παρελθὼν καὶ διαλεχθεὶς ἐμετεώρισε τὸν δῆμον*, 53,2 87, 5. 91, 1. 101, 6: *ἔβλαψαν παρελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν*, XIV 5, 1. — 24, 6 *παρελθών* videtur alio sensu dictum esse. Leguntur enim haec: *τῆς δὲ νυκτὸς παρελθούσης Ἀριδαῖος ὁ πεφευγὼς εἰς τὸν σταθμὸν ἀπέστειλέ τινας πρὸς τὸν Κλέαρχον παρακαλῶν πρὸς ἑαυτὸν ἀπαγαγεῖν τοὺς στρατιώτας*. Sequitur enim ex iis, quae antea sunt: 3 *μετὰ δὲ ταῦτα ἤδη τῆς νυκτὸς ἐπελθούσης . . ὥρμησαν*, 4 *ὡς ἤδη νὺξ ἦν, ἀναχωρήσαντες τρόπαιον ἔστησαν καὶ περὶ δευτέραν σχεδὸν φυλακὴν ἔφθασαν εἰς τὴν παρεμβολήν*, Arhidaeum legatos mane misisse, quod praeterea ex Xen. An. II 1, 3 apparet. Itaque *παρελθούσης τῆς νυκτὸς* vertendum est: cum nox praeterisset, non: cum nox venisset. Discrepat igitur hoc exemplum a reliquis et notionem praebet praetereundi, quam puto verbi primariam esse. Notio enim adveniendi significatione loci praepositionibus expressa efficitur.

Proxime ad part. praes. *παριὼν* cum notione prodeundi accedit *παρελθών*, IV 70, 1: *Φαρακίδου παρελθόντος ἐπὶ τὸ βῆμα πάντες προσεδόκων*, sed etiam hoc loco similitudo ista magis verbis *ἐπὶ τὸ βῆμα* quam ipso verbo evenit.

Reliqua exempla, quibus nihil est singulare, haec sunt: XV 68, 2: *παρελθὼν εἰς Κόρινθον συνεστήσατο*, 94, 3. XVI 14, 2. 52, 9. 69, 8. XVII 71, 1. 79, 3 bis, 83, 1. 86, 3. 106, 4. 107, 6. XVIII 13, 1. 16, 3. 29, 3. 61, 4. XIX 4, 6. 25, 4. 42,7. 54, 3. 64, 1 ter, 87, 2.

Infinitivi leguntur XV 68, 4: *οὐδενὸς δὲ τολμῶντος παρελθεῖν ἐκτὸς τοῦ τειχίσματος . . προσῆγε τὴν βίαν τοῖς πολεμίοις*, quod exemplum paulum a reliquis differt, quia non locus in quem actio conversa est, sed extra quem fit,

---

1) Moneo ne quis putet hoc loco *παρελθὼν* idem esse atque *παριών*. Nihil enim significat nisi ‚cum in contionem venisset‘ non ‚prodiens ad loquendum.‘

indicatur; vis praepositionis igitur paene evanuit. Denique exstat inf. XVII 7, 3: *τούτῳ ὁ βασιλεὺς προσέταξε παρελθεῖν ἐπὶ πόλιν Κύζικον καὶ πειρᾶσθαι ταύτην χειρώσασθαι.*

Septuagies igitur quater formae aoristi inveniuntur in prioribus undeviginti Diodori libris. Vidimus ergo, ut, quae diximus, paucis complectamur, uno loco impf. *παρῄειν* nempe in loco illo ex Demosthene petito inveniri atque etiam infinitivos et participia praesentis perrara esse et ab aoristo partim sensu quoque differre. — Sed cum de hac re satis mihi videar disputavisse, ad quintum caput liceat transgredi et de compositis v. *βαίνειν* disserere.

V. De compositis v. *βαίνειν*.

V. simplex *βαίνειν* apud Diodorum non invenitur. In usu compositorum nihil novi fere exstat sed ea tantum, quae de imperfecto et aoristo in universum diximus, denuo confirmantur. Qua de causa hoc caput paucis absolvere in animo est et nonnulla afferre exempla secundum praepositiones digesta. Nec minus hac in parte ita egi, ut primum accuratissime exempla colligerem, tum, cum vidissem, nihil novi inveniri, pauca adnotarem.

ἀνά: Impf. reperitur XIII 19, 6: *θορυβοῦντος τοῦ δήμου Νικόλαός τις ἀνέβαινεν ἐπὶ τὸ βῆμα* ‚escendere studebat', item XVIII 34, 2: *εὐθὺς δ'οἱ μὲν ὑπασπισταὶ προσθέμενοι τὰς κλίμακας ἀνέβαινον, οἱ δ'ἐπὶ τῶν ἐλεφάντων τὸν χάρακα διέσπων καὶ τὰς ἐπάλξεις ἐρρίπτουν*: ‚Murum scalis tentabant et conabantur vallum dirimere et pinnas concutere.' Tum novi aliquid accidit, quod aoristo narratur: *ὁ δὲ Πτολεμαῖος... τὸν ἡγούμενον τῶν ἐλεφάντων ἐξετύφλωσεν.*

Eadem de causa Diodorus part. praes. utitur IV 65, 8: *Καπανεὺς βιαζόμενος καὶ διὰ κλίμακος ἀναβαίνων ἐπὶ τὸ τεῖχος ἐτελεύτησεν*: ,cum in mania vellet ascendere', cf. XIV 72, 5: *ἔτι γὰρ αὐτῶν ἀναβαινόντων ἐπὶ τὰ καταστρώματα καὶ πληρούντων τὰς τριήρεις αἱ πολέμιαι νῆες ταῖς εἰρεσίαις ἐλαυνόμεναι πλαγίαις ἐνέσειον μόγις*, 116, 6: *χῆνες δ' ἱεροὶ.. θεωρήσαντες ἀναβαίνοντας κραυγὴν ἐποίουν*, XVIII 34, 2: *τοὺς διὰ τῆς κλίμακος ἀναβαίνοντας τύπτων*, XIX 26, 4: *ταύτῃ δὲ κατασκευασθῆναι μηχανὴν, ἐφ' ἣν ἀναβαίνουσαν ἀσφαλῶς ἐνθουσιάζειν*.

Ind. aor. invenitur XI 78, 2: *καταπλεύσαντες ἀνέβησαν εἰς τὴν Πελοπόννησον*; cum imperfectis coniunctum XIII 15, 1: *Νικίας οὐκ ἐπέμεινεν ἐπὶ τῆς ἐν τῇ γῇ τάξεως ἀλλὰ καταλιπὼν τοὺς πεζοὺς ἐπί τινα ναῦν ἀνέβη καὶ παρέπλει.. καὶ ἐδεῖτο*. Impf. sequitur in apodosi XIV 29, 4: *ὡς ἀνέβησαν, εὐχαρίστουν*. — Alia exempla leguntur XIII 104, 3. XIV 39, 3. 116, 4. XVI 19, 2. Part. aor. est. IV 61, 7: *(Αἰγέως) ἀναβάντος εἰς τὴν ἀκρόπολεν... ἑαυτὸν ἀποκρημνίσαι* ,cum in arcem ascendisset'; IV 55, 7: *ἐντεῦθεν εἰς τοὺς ἄνω τόπους τῆς Ἀσίας ἀναβᾶσαν σονοικῆσαί τινι τῶν ἐπιφανῶν βασιλέων*. Ceterum vide XI 70, 5. XIII 28, 1. 56, 6. XIV 52, 6. 53, 5. Inf. exstant XIV 92, 5: *ἐτόλμησε διὰ τῆς Ἀραβίας ἀναβῆναι πρὸς τὸν βασιλέα*, 116, 5: *συνετάξαντο κατὰ τῆς αὐτῆς πέτρας ἀναβῆναι νυκτός*, XIX 100, 4: *συνετέτακτο δ' αὐτῷ μεχρὶ Βαβυλῶνος ἀναβῆναι*.

Huc adicio *προσαναβαίνειν*, quod ab *ἀναβαίνειν* non multum differt. Impf. inveni XVII 98, 5: *(Ἀλέξανδρος) ἁρπάσας κλίμακα καὶ τοῖς τῆς ἄκρας τείχεσι προσερείσας καὶ τὴν πέλτην ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἔχων προσανέβαινε. τῆς δὲ κατα τὴν ἐνέργειαν ὀξύτητος φθανούσης τοὺς προμαχομένους τῶν βαρβάρων ταχέως ἐπέβη τῷ τείχει*, et iterum paulo infra 6: *ὁ μὲν βασιλεὺς κατεπονεῖτο, οἱ δὲ Μακεδόνες δύο κλίμακας προσθέντες διὰ τούτων προσανέβαινον ἀθρόοι καὶ συντριβεισῶν ἀμφοτέρων κατηνέχθησαν*. Quo loco imperfectum adhibetur iis de causis, quas supra exposui. Describit Alexandrum scalis ascendentem impf. *προσανέβαινε*, id quod deinde finitur

re nova, quam aor. dicit: *ἐπίβη τῷ τείχει* Eodem modo postea iterum, cum actio quasi consistit et permanet, scriptor utitur imperfectis: *κατεπονεῖτο - προσανέβαινον*, tum actionis tamquam progressus aoristo exprimitur: *συντριβεισῶν τῶν κλιμάκων κατηνέχθησαν*. — Nec minus perspicuum est, cur part. praes. scripserit XIV 116,6: *τὴν χεῖρα τοῦ προσαναβαίνοντος ἀπέκοψε*.

Ind. aor. inveni eodem loco XIV 116, 6: *τῶν Κελτῶν τινες κατὰ τῆς πέτρας προσανέβησαν*. Part. legitur XIV 52, 7: *γενομένης δὲ τῆς μάχης ἰσχυρᾶς καὶ πολλῶν προσαναβάντων μόγις οἱ Σικελιῶται τῷ πλήθει κατεπόνησαν τοὺς ἀνθεστηκότας*., XVII 99, 4: *Πευκέστης δι' ἑτέρας κλίμακος προσαναβὰς πρῶτος ὑπερήσπισε τὸν βασιλέα*, 107, 3: (*Κάλανος*) *ἠξίωσε τὸν βασιλέα πυρὰν αὐτῷ μεγάλην κατασκευάσαι καὶ προσαναβάντος αὐτοῦ προστάξαι τοῖς ὑπηρέταις πῦρ ἐνεῖναι*.

ἀπό: Verbum *ἀποβαίνειν* admodum raro invenitur. Nullum adnotavi locum, quo impf. legatur, sed tria attuli participia praesentis. Ceterum ne hoc quidem compositum quidquam habet singulare. Part. praes. exstat XIII 110, 1: *παρεβοήθουν ἀνείργοντες τοὺς ἐκ τῶν νεῶν ἀποβαίνοντας*, XIV 68, 9: *καὶ πρῶτον μὲν περὶ Πάνορμον δυνάμενος παρατάξασθαι τοῖς πολεμίοις ἀποβαινόντων ἐκ τῶν νεῶν καὶ τὰ σώματα κακῶς ἐχόντων διὰ τὸν σάλον οὐκ ἠβουλήθη*. Quibus locis res imperfecta ac durans recte part. praes. expressa est.

Ind. aor. exstat V 59, 3: *ὁ μὲν Κατρεὺς ἀπέβη ἐπὶ τὴν Ῥοδίαν νυκτὸς καὶ... ἠκόντισε*, part. ib 50, 4: *ἀποβάντες περιέτυχον*, XI 88, 1: *ἀποβὰς εἰς Πελοπόννησον ἐδῄωσε τὴν χώραν*, XV 42, 4: *ἀποβάντες.. προῆγον*, infin. in oratione obliqua IV 43, 3: *οὐ λήξαντος τοῦ χειμῶνος ἀποβῆναι τοὺς ἀριστεῖς τῆς Θρᾴκης εἰς τὴν χώραν*. Quibus de exemplis non opus est plura verba facere.

διά: Verbum *διαβαίνειν* saepissime invenitur, sed multo saepius aoristus quam imperfectum vel praesens, quod magis rebus ipsis quam usu quodam sermonis effici videtur. Semel notavi impf. X fr. 33: *τῶν Ἑλλήνων πάντων διαπρεσβευσαμένων πρὸς Γέλωνα περὶ συμμαχίας, ὅτε Ξέρξης διέβαινε πρὸς τὴν Εὐρώπην,... ἡ ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας φιλοδοξία τὴν συμμα-*

χίαν παρεκρούετο. Nec tamen ulla causa est offensionis. Significat enim ‚in itinere erat‘, quod impf. erat dicendum. Part. praes. legi XV 65, 2: *τῶν δὲ περὶ τὸν Ἐπαμεινώνδαν διὰ τοῦ Ταϋγέτου καταβαινόντων ἐπὶ τὸν Εὐρώταν καὶ διαβαινόντων τὸν ποταμόν... οἱ Λακεδαιμόνιοι.. καιρὸν ἔλαβον εὔθετον πρὸς τὴν ἐπίθεσιν* et paulo infra *προσπεσόντες ἄφνω τοῖς διαβαίνουσι πολὺν ἐποιοῦντο φόνον.* Inf. praes. legitur XI 2, 2: *μέλλων διαβαίνειν ἐμεσολαβήθη,* 19, 6: *ἔγνω τὴν ταχίστην διαβαίνειν εἰς τὴν Ἀσίαν,* XVIII 48, 2: *καί τινων ἐπιστολῶν εὑρεθεισῶν, ἐν αἷς ἦν ὁ Δημάδης παρακαλῶν τὸν Περδίκκαν κατὰ τάχος διαβαίνειν εἰς τὴν Εὐρώπην, ἀπηλλοτριώθη πρὸς αὐτόν,* XIX 12, 4: *ἠναγκάζετο δὲ τὸν ποταμὸν διαβαίνειν.* Non est dubitandum, quin duobus ultimis locis eodem fere iure inf. aor. scribere potuerit; et multa exstant exempla, quae ab his vix differre videantur. At res est, quam initio huius libelli dixi, utrum imperfecto an aoristo utatur, cogitatione ipsius scriptoris efficitur, scilicet utrum rem quandam voluerit dicere ut durantem an in unum quasi complecti ac comprimere.

Ind. aor. est I 55, 4: *καὶ γὰρ τὸν Γάγγην διέβη καὶ ..ἐπῆλθε,* XIV 21, 7: *Κῦρος ὡς διέβη τὸν Εὐφράτην, ἠπείγετο* (cum transisset), XIV 95, 1: *κρίναντες διαγωνίζεσθαι ναυσὶ μακραῖς ὀλίγαις διέβησαν,* v. praeterea XV 14, 2. XVII 89, 6. XVIII 56, 4; part. aor. I 55, 6: *διαβὰς εἰς τὴν Εὐρώπην καὶ διεξιὼν ἅπασαν τὴν Θρᾴκην ἐκινδύνευσεν ἀποβαλεῖν τὴν δύναμιν* (cum transisset in Europam et iter faceret per totam Thraciam), II 7, 3: *ὡς Κλείταρχος καὶ τῶν ὕστερον μετ' Ἀλεξάνδρου διαβάντων εἰς τὴν Ἀσίαν τινὲς ἀνέγραψαν* (nonnulli eorum, qui cum Al. in As. transgressi sunt), IV 18, 2. 36, 5. V 79, 3. XI 24, 2. 24, 4. 77, 1. 85, 2. XII 27, 3. 82, 4. XIII 36, 6. XIV 27, 7. 44, 3. 114, 2. XV 4, 1. XVI 46, 9. XVII 23, 3. 110, 3. XVIII 14, 5. XIX 18, 4. 108, 4. Infinitivi leguntur: II 18, 5: *ὁ τῶν Ἰνδῶν βασιλεὺς ἀπήγαγε τὴν δύναμιν προσποιούμενος μὲν ἀναχωρεῖν, τῇ δ' ἀληθείᾳ βουλόμενος τοὺς πολεμίους προτρέψασθαι διαβῆναι τὸν ποταμόν,* V 64, 4. *ἔνιοι δ' ἱστοροῦσι τοὺς Ἰδαίους Δακτύλους γενέσθαι μὲν.., διαβῆναι δὲ εἰς Εὐρώπην,* XIII 109, 5. XVI 46, 8. XVIII 35, 5

εἰς et *ἐν*: Verbi *εἰσβαίνειν* semel notavi part. aor. XVIII 14, 5: *ἔλαθε νυκτὸς εἰς βὰς εἰς τὰς ναῦς*. Verbi *ἐμβαίνειν* legitur impf. XIII 98, 2: *παρακαλοῦντες ἐνέβαινον εἰς τὰς ναῦς*, part. aor. XVII 96, 1: *ἐμβὰς εἰς τὰς ναῦς τὸν πλοῦν ἐποιεῖτο*, 97, 1. XXI fr. 10, 4: *εἰς ποταμὸν μέγαν σὺν τῷ ἵππῳ ἐμβὰς ὑπὸ τοῦ ῥεύματος διεφθάρη*.

ἐκ: Duo attuli exempla, quae nihil habent singulare, aoristi: XIII 69, 1: *ἐκβάντα τὸν ἄνδρα πάντες ἐδεξιοῦντο* (cum e nave exisset), XIV 21, 1 in loco corrupto: *ἐξέβησαν καὶ ἀπήγγειλαν*.

ἐπί: Verbi *ἐπιβαίνειν* me saepius puto legissi impf. et praes. quam aoristum; neque hoc mirum; nam ex notione sua tanquam propensius est ad imperfectum tempus quam *ἀναβαίνειν* vel *διαβαίνειν*. Cum enim ‚adire‘ ‚ingredi‘ ‚betreten‘ significet, facilius videtur ad cogitationem actionis non absolutae inclinare.

Impf. reperitur XIII 79, 1: *βιαζόμενοι ταῖς πρῴραις ἐπέβαινον*, XIV 84, 1: *Ἀγησίλαος . ., ἐπειδὴ μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπέβαινεν εἰς Βοεωτίαν, εὐθὺς οἱ Βοιωτοὶ . . ἀπήντησαν εἰς Κορώνειαν*. Qui locus dignus est, qui respiciatur. Quod enim Agesilaus iam in Boeotiam venit, et propter sequens *ἀπήντησαν* potius exspectaveris *ἐπέβη*. Sed Diodorus Agesilaum sibi fingit in finibus Boeotorum paulatim procendentem: ‚Agesilaus procedebat in Boeotiam, cum Boeoti subito Coroneam profecti sunt.‘

Eadem de causa utitur inf. praes. XII 82, 5: *τὸ μὲν πρῶτον πείθειν ἐπεβάλοντο μὴ ἐπιβαίνειν τῆς ἀλλοτρίας γῆς ὡς δὲ οὐδεὶς αὐτοῖς προσεῖχεν, ἐστράτευσαν ἐπὶ τοὺς κατέχοντας τὴν χώραν*. cf. praeterea XIV 56, 6: *ἀπέστειλαν . . κωλύσαντας ἐπιβαίνειν τῆς χώρας*, una cum inf. aor. XV 46, 5: *ἔδει αὐτοὺς τὰ ἐπίπλα λαβόντας ἀπελθεῖν καὶ μηκέτι τῆς Βοεωτίας ἐπιβαίνειν* XVI 66, 6: *διεμαρτύροντο μὴ κατάρχειν πολέμου μηδ᾽ ἐπιβαίνειν τῆς Σικελίας*. Part. praes. legitur XVII 43, 7: *τῶν Μακεδόνων προσαγαγόντων πύργους . ., καὶ διὰ τούτων τὰς ἐπιβάθρας ἐπιβαλλόντων καὶ θρασέως ταῖς ἐπάλξεσιν ἐπιβαινόντων, οἱ Τύριοι . . πολλὰ εἶχον βοηθήματα*. Cur hoc loco ad part. aor. duo illa part. praes. apposita sint, vix opus est explicare.

Aor. nisi fallor, satis raro invenitur. Legi ind. aor. XVII 98, 5: *ταχέως ἐπέβη τῷ τείχει*, de quo loco supra s. v. *προσαναβαίνειν* disserui, part. XIII 16, 1: *ἐπιβάντες .. ἀπελαμβάνοντο*, XVII 100, 8: *ῥιφέντος ἐπὶ τὴν γῆν ἐπιβὰς ἐπὶ τὸν τράχηλον τῷ ποδὶ καὶ τὸν ῥόπαλον ἀνατεινάμενος ἀνέβλεψε πρὸς τοὺς θεωμένους*, XII 62, 3: *ἐπιβὰς ἐπὶ τὴν τῆς νεὼς ἐπιβάθραν ἤμυνατο.*

κατά: Impf. legitur XIII 3, 1: ubi ducum introitus in urbem describitur: *τῇ δ' ὑστεραίᾳ κατέβαινον οἱ στρατηγοὶ μετὰ τῶν στρατιωτῶν εἰς τὸν Πειραιᾶ καὶ συνηκολούθει πᾶς ὁ ὄχλος*, XIV 81, 6: *Κόνων Φαρνάβαζον ἑλόμενος τὸν σατράπην κατέβαινεν εἰς τὴν θάλατταν ἅπαντα διῳκηκὼς κατὰ τὴν ἑαυτοῦ διάνοιαν*, ubi iterum cognoscitur, quid arbitrium scriptoris hac in re valeat. Nam sine dubio hoc loco scribere potuit: *κατέβη*; sed actionem cogitat ut permanentem. Cf. praeterea XIV 102, 1: *τῶν Ἑλλήνων τηλικούτῳ περιεχομένων κινδύνῳ κατέβαβαινον εἰς τὸ πεδίον οἱ βάρβαροι* (iamiam descendebant), XIX 26, 7: ubi aor. *ἐξέταξε* actionem finitam, impf. non finitam significat: *ἐπειδὴ τὸ στρατόπεδον ἧκεν, ἅπαν ἐξέταξεν εἰς μάχην καὶ κατέβαινε συντεταγμένος ἐπὶ τοὺς πολεμίους καταπληκτικῶς*, ib. 29, 7; *ἐκτάξας τὸ στρατόπεδον κατέβαινεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους.* Animus igitur scriptoris, cum cogitatione rem gerendam quasi detineat, ad imperfectum inclinat.

Inf. legitur XIV 33, 2: *κατέφυγον οὐ τολμώντων τῶν φυγάδων καταβαίνειν*, XVII 30, 7: *αὐτὸς ἠναγκάζετο καταβαίνειν εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς βασιλείας κίνδυνον*, XIX 100, 4: *συνετέτακτο δ' αὐτῷ μέχρι Βαβυλῶνος ἀναβῆναι καὶ τὴν σατραπείαν ἀνακτησάμενον καταβοίνειν συντόμως ἐπὶ θάλατταν.* Neque hoc ultimo loco est causa, cur offendamus. Certe mire videntur inf. aor. et praes. coniuncti esse., sed optimo iure. Prius enim certus locus indicatur, in quem iter conversum est: *μέχρι Βαβυλῶνος ἀναβῆναι*, tum solum regio, ad quam versus iter faciendum est, aut, ut aliis verbis dicam, priori rei finis imponitur, posterior non finita est: *συνετέτακτο καταβαίνειν ἐπὶ θάλατταν* ‚iussus erat procedere ad mare versus.‘

Part. legitur XIV 105, 3: *ἠρίθμει τοὺς καταβαίνοντας*, XV 65, 2: *καταβαινόντων καὶ διαβαινόντων τὸν ποταμὸν* (v supra).

Ind. aor. invenitur VIII fr. 12, 1: *κατέβησαν οὖν ἐπὶ τὸν ἀγῶνα δύο*, part. II 25, 2: *μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν καταβάντων καὶ παρασκευαζομένων ὁ Σαρδανάπαλλος ἀντιτάξας.. προαπέστειλε*, ubi participia sunt pro *κατεβησαν καὶ παρασκευάζοντο*, IV 26, 1. 58, 4. 63, 4. XIV 33, 2. 116, 4: *καταβὰς ἧπερ ἀνέβη.. ἀνέστρεψεν*, XVII 109, 2: *ἐτόλμησεν αὐτὸς καταβὰς.. παραδοῦναι* (*καταβῆναι καὶ παραδοῦναι*) iterum prope part. praes. XVIII 25, 2: *ἀναγκαῖον γὰρ ἦν ἢ καταβάντας διαγωνίσασθαι ἢ ὑπομένοντας διαφθαρῆναι*. 35, 5: *καταβὰς.. ἀπολογήσατο*; inf. III 56, 5 in or. obl.: *φασὶν ἐπὶ θάλατταν καταβῆναι*, IV 25, 4: *καταβῆναι εἰς ᾅδου ἐτόλμησε*, XIX 13, 5: *ἀξιοῦντες ἥκειν πρὶν ἢ καταβῆναι τοὺς σατράπας*.

Verbi *συγκαταβαύνειν*, quod notione non multum a *καταβαίνειν* diversum est, impf. exstat XI 17, 4: *ὁ μὲν Θεμιστοκλῆς περιχαρὴς ἦν καὶ τὰ πλήθη παρεκάλεσεν εἰς τὸν κίνδυνον, οἱ δ' Ἕλληνες θαρρήσαντες.. προθύμως ἀπὸ τῆς Σαλαμῖνος συγκατέβαινον εἰς τὴν ναυμαχίαν*. Deinde narratur, qua ratione acies instructa fuerit. Impf. *συγκατέβαινον* hoc loco eodem fere modo adhibetur ac supra XIX 26, 7: *κατέβαινε*... XX 109, 1: *ἐπεὶ πρὸς παράταξιν οὐ συγκατέβαινον, ἤρξαντο περιταφρεύειν τὴν στρατοπεδείαν* impf. depingit, quomodo diu exspectaverint hostes in aciem descensuros esse; cum non se expedirent ad descendendum, castra vallo cingere instituerunt.

Inf. praes. notavi XVII 20, 6: *συνεβουλευον μὴ συγκαταβαίνειν εἰς τὸ κρίνειν*, XVIII 14, 5: *ἠναγκάζοντο σ. εἰς τὸν κίνδυνον*, XXVI fr. 3, 1: *Ἀννίβας ἐπειρᾶτο.. συναναγκάζειν εἰς τὴν διὰ μάχης κρίσιν σ.*, part. XV 32, 6: *οὐ συγκαταβαινόντων τῶν Θηβαίων τὴν φάλαγγα τῶν πεζῶν ἀπήγαγε*.

Nec minus quam his locis res perspicua est eis, quibus aoristus reperitur, velut XV 16, 3: *τὰς δυνάμεις ἐκτάξαντες συγκατέβησαν προθύμως ἐπὶ τὴν μάχην*. Pariter ind. legitur 34, 1 et 4. XVII 98, 2: *οὐ μὴν συγκατέβησαν εἰς παράταξιν*,

ἀλλὰ πάλιν .. ἀπεχώρησαν, part. XIII 67, 4: τοῦ Δεξίππου συγκαταβάντος .. τὰ πλήϑη συνῆλϑε, XV 85, 1: συγκαταβάντων εἰς τὸν ἀγῶνα, XVII 101, 4: σ. εἰς τὴν μονομαχίαν XIX 54, 4: σ. εἰς παράταξιν.

Reliquorum compositorum inveni aor. verbi *μεταβαίνειν* XII 50, 7: κύριος γενόμενοι μετέβησαν ἐπὶ τὰς Ἑλληνίδας πόλεις, XV 74, 1: καταλαβὼν ἐκεῖ ναῦν ἐκπλέουσαν εἰς Σικελίαν καὶ μεταβὰς εἰς ταύτην οὐρίοις ἐχρήσατο πνεύμασι. Part. praes. verbi *περιβαίνειν* legitur XVII 25, 4: παρῆν ὁρᾶν τοὺς περιβαίνοντας τὰ πίπτοντα σώματα καὶ περὶ τῆς τούτων ἀναιρέσεως μεγάλους ἀγῶνας συνισταμένους. Saepe invenitur *ὑπερβαίνειν*, sed nisi fallor, sola forma aoristi, praesertim infin. velut XVI 54, 3: φασὶ τὸν Φίλιππον ἐπερωτῆσαι εἰ οὐ δ' ὁ χρυσὸς τὸ τεῖχος ὑπερβῆναι δυνατός ἐστιν, XXVI fr. 12: ἔκτισε πόλιν μέλλων τὴν Ἁμίλκα δύναμεν ὑπερβῆναι. Praeterea saepius ὑπερβῆναι τὸν Ταῦρον similia leguntur.

Nec *προβαίνειν* verbi nec *προσβαίνειν* afferam ullum exemplum. *προβαίνειν* interdum cum τοσοῦτον legi τοσοῦτον προέβη (προύβη) ὥστε[1]), vel similiter atque Pol. V, 30, 6: ἐπὶ τὸ χεῖρον προύβαινε τὰ πράγματα, cf. II 1, 3. Sed ea tantum collegi exempla, in quibus genuina movendi notio nondum evanuit. Neque *συμβαίνειν* aliter atque cum notione accidendi invenitur.

VI. De verbis *τρέχειν* et *χωρεῖν* et compositis.

Hoc capite verba *τρέχειν*, *διδράσκειν* et *χωρεῖν* tractanda mihi proposui. Paucis attingo composita verbi *τρέχειν* et *διδράσκειν* non semper eodem modo adhiberi, quo a prioris aetatis scriptoribus. Pro *ἀποδιδράσκειν*, quo veteres

1) velut XI 8, 2: ἐπὶ τοσοῦτο προέβησαν ταῖς προϑυμίαις ὥστε..

plerumque utuntur, praeter duos locos semper dicit *διαδιδράσκειν*, quod antea raro legitur; neque ullo loco *διατρέχειν*, *διαδραμεῖν* ‚percurrere' invenitur. *ἀνατρέχειν* aut eadem ratione utitur, qua Pol. I 12: *ἀναδραμεῖν τοῖς χρόνοις*, V 40: *ἐπί τι*, aut pro augeri, crescere aliqua re velut opibus [cf. XI 72,1].

Eos autem locos, quibus *ἀναδραμεῖν*, *ἀναδραμόντες τοῖς χρόνοις* vel simile aliquid reperiuntur, non notavi. — *ἀνατρέχειν* praeterea inde ab Homero de quibusvis corporis tumoribus dicitur interdum, velut Jl. 23, 717: *σμώδιγγες ἀνέδραμον*. At Diodorus verbo utitur metaphorice l. i. (XI 72, 1): *πολλὴν ἐπίδοσιν ἐλάμβανεν ἡ σύμπασα Σικελία πρὸς εὐδαιμονίαν· εἰρήνην γὰρ ἔχοντες οἱ Σικελιῶται καὶ χώραν ἀγαθὴν νεμόμενοι . . ταχὺ ταῖς οὐσίαις ἀνέτρεχον καὶ τὴν χώραν ἐπλήρωσαν οἰκετῶν καὶ κτηνῶν.* Imperfecto autem utitur, quod illud *ἀνατρέχειν* tum temporis nondum finitum erat; eadem de causa ante iam dixit *ἐλάμβανεν*. Neque in aoristo *ἐπλήρωσαν* offendendum est: cui respondent verba sequentia: *μετὰ δὲ ταῦτα πάλιν εἰς πολέμους καὶ στάσεις ἐνέπεσον.*

Verbi *ἀποδιδράσκειν* legitur part. praes. XX 47, 4: *ἀποδιδρασκόντων δ' αὐτῶν πρὸς τοὺς περὶ τὸν Μενέλαον . . ἐνεβίβασεν εἰς τὰς ναῦς καὶ πρὸς Ἀντίγονον εἰς Συρίαν ἀπέστειλεν*, inf. praes. XI 8, 5: *ἔπεισέ τινα πρὸς τὸν Ξέρξην αὐτομολῆσαι καὶ διαβεβαιώσασθαι διότι μέλλουσιν αἱ νῆες ἀποδιδράσκειν ἐκ τῶν τόπων.* Haec duo exempla verbi *ἀποδιδράσκειν* solum notavi, et nisi fallor, nullum praeterea legi. Atque cum verbi *ἀποδιδράσκειν* praesens modo inveniatur, v. *διαδιδράσκειν* solae leguntur formae aoristi.

Ind. est XIV 12, 7: *φοβηθεὶς διέδρα καὶ διέπλευσεν εἰς τὴν Ἰωνίαν*, XVII 108, 7: *ἐξαιτούμενος δὲ διέδρα καὶ κατῆρεν.* XX 89, 4: *οἱ μὲν ἱππεῖς . . διέδρασαν, οἱ δὲ πλείους . . διελύσαντο*, part. aor. II 28,3: *τοῦτο δ' ᾔτεῖτο πυθόμενος παρά τινος εὐνούχου τὰ περὶ τὸν ἄργυρον καὶ χρυσόν, ὃν διαδράντα καὶ παρ' αὐτὸν αὐτομολήσαντα κατέκρυψεν*, IV 46, 2: *τὴν Μήδειαν διαδρᾶσαν καταφυγεῖν εἴς τι τέμενος Ἡλίου*, 77, 1: *μετὰ δὲ ταῦτα διαδρὰς εἰς Κρήτην καὶ διὰ τὴν ἐν τῇ τέχνῃ δόξαν θαυμαζόμενος φίλος ἐγένετο Μίνωος*, quo loco part. *διαδρὰς*

est loco aor. *διέδρα*, part. *θαυμαζόμενος* loco impf. *ἐθαυμάζετο*. Deinde legitur part. XI 8, 5: *διαδρὰς.. ἧκε*, 92, 1: *διαδρὰς ἀφίππευσεν*. XII 68, 6: *ἔλαθε διαδράς*, idem XIII 103, 2; 5, 5: *διαδρ. ἐκποδὼν ἐχωρίσθη*, XIX 95, 5: *ἔλαθον διαδράντες*, inf. IV 77, 8: *ἐκπετασθῆναι καὶ διαδρᾶναι τὸ πέλαγος*.

Uno loco puto me legisse *δρασμὸν ποιεῖσθαι*, quod huc liceat adicere: XVIII 19, 2: *Ἁρπάλου τὸν ἐκ τῆς Ἀσίας δρασμὸν ποιησαμένου καὶ καταπλεύσαντος.. Θίβρων.. δολοφονήσας κύριος ἐγένετο τῶν χρημάτων*.

In compositis verbi *τρέχειν* praeterea nihil singulare invenitur, saepissime *συντρέχειν* et *κατατρέχειν* leguntur, reliqua multo rarius. Part. aor. *εἰσδραμὼν* exstat XXX fr. 10, 2: *τῶν σωματοφυλάκων τις εἰσδραμὼν εἰς τὸν λεντρῶνα τὴν παρουσίαν τῶν πολεμίων ἐδήλωσεν*, ind. *ἐξέδραμον* XVIII 29, 2: *οἱ μὲν ἵπποι ἐξέδραμον, αὐτοὶ δ' ἔπεσον ἐπὶ τὴν γῆν*, part. *ἐπιδραμὼν* XXXVI fr. 7, 1: *τὴν Μοργαντίνην πολιορκήσας Σαλούιος ἐπιδραμὼν τὴν χώραν ἤθροισεν αὐτοῦ τὸ σύμπαν στράτευμα*.

Verbi *κατατρέχειν* reperitur impf. XI 64, 1: *ταύτης μὲν τῆς ἐπιβολῆς ἀπέστησαν, καταλαβόμενοι δὲ τῆς Μεσσηνίας χωρίον ὀχυρὸν ἐκ τούτου τὴν ὁρμὴν ποιούμενοι κατέτρεχον τὴν Λακωνικὴν* (ab hoc incepto destiterunt et Laconicam devastabant), XXXVI fr. 9, 1: *καὶ τοῦτο μὲν πόλεις ἐπολιόρκει, τοῦτο δὲ πᾶσαν τὴν χώραν κατέτρεχε καὶ πολλῶν ἐκυρίευσε*, ubi aoristo eventus earum quae imperfectis indicantur rerum significatur. Part. praes. exstat XIX 108, 3: *τῶν γὰρ Λιβύων κατατρεχόντων τὴν πολεμίαν Ἀγαθοκλῆς παρωξύνθη τὸ παραπλήσιον ποιῆσαι*.

Ind. aor. legitur XIII 49, 3: *τρεῖς ναῦς ἀπέσπασε καὶ τὴν ὅλην Σαλαμῖνα κατέδραμε*, 54, 4: *τὰς Λιπαραίων νήσους κατέδραμον*, XVI 39, 1: *κατέδραμον τὴν χώραν αὐτῶν*, XVIII 38, 2: *τήν τε χώραν κατέδραμον καί τινα τῶν πολισματίων εἷλον*, part. XI 88, 2: *τὴν χώραν καταδραμὼν ἀπέπλευσεν*, 86, 5: *τὴν Τυρρηνίαν κ. ἀπῆρεν*. XVI 36, 4: *καταδραμόντες ἐπανῆλθον*, cf. XIV 101, 1. XIX 16, 3.

Verbi *προστρέχειν* nullum notavi impf. aut praes. exem-

plura. Ind. aor. est XVI 94, 3: (*Παυσανίας*) *ὁρῶν τὸν βασιλέα μεμονωμένον προσέδραμε καὶ.. διανταίαν ἐνέγκας πληγὴν τὸν βασιλέα νεκρὸν ἐξέτεινεν*, XVII 99, 3: *τοξεύσας - προσέδραμε*, part. XI 22, 1: *εὐθὺς προσδραμόντες τῷ Ἀμίλκᾳ τοῦτον ἀνεῖλον*, XIV 5, 2: *προσδραμόντες ἐνεχείρουν κωλύειν*, XVII 92, 3: *προσδραμὼν ἐπηγγείλατο* (*προσέδραμε καὶ ἐπ.*).

συντρέχειν omnium compositorum saepissime invenitur. Ind. impf. legitur XI 10, 1: *οἱ δὲ βάρβαροι.. μετὰ πολλοῦ θορύβου συνέτρεχον ἐκ τῶν σκηνῶν ἀτάκτως καὶ νομίσαντες τοὺς μετὰ τοῦ Τραχινίου πορευομένους ἀπολωλέναι καὶ τὴν δύναμιν ἅπασαν τῶν Ἑλλήνων παρεῖναι ἐξεκλάγησαν*. Impf. priore loco de causa notissima illa positum, quia prior actio non absoluta est sed permanet, cum altera fit. Eadem res est XVI 30, 2: *τῶν μὲν οὖν ἐπιεικῶν ἀνδρῶν οὐδεὶς ἀπεγράψατο, οἱ δὲ πονηρότατοι.. συνέτρεχον πρὸς τὸν Φιλόμηλον καὶ.. δύναμις συνέστη*, 65, 5: *τὸ μὲν πλῆθος ἔτι νυκτὸς οὔσης συνέτρεχεν εἰς τὸ θέατρον, ἅμα δ' ἡμέρᾳ.. ἐπόμπευε*, XVII 11, 3: *συνέτρεχον καὶ ἱκέτευον*, 12, 3: *συνέτρ. καὶ διέφθειρον*, XVIII 14, 2 28, 5; XIX 71, 5: *διαβοηθείσης τῆς πράξεως εὐθὺς οἵ τε φυγάδες συνέτρεχον ἐπ' αὐτὸν καὶ πάντες οἱ λοιποὶ διετέθησαν ἀλλοτρίως* (exules concursabant ac reliqui inimici facti sunt); similiter dicitur XX 44, 2: *ὡς δ' ἐπεγνώσθη τἀληθές, συνέτρεχον οἱ νέοι*. Part. praes. legitur XVII 35, 6: *πρὸς ἀλλήλας συντρέχουσαι βοηθοὺς ἐπεκαλοῦντο*, XIX 4, 7: *ταχέως ἐβοήθουν συντρέχοντες πρὸς τὸν ἦχον τῶν σαλπικτῶν*. Quibus de locis plura dicere vix operae pretium est. Id unum fortasse ex numero exemplorum conici potest animum scriptoris magis ad usum aoristi inclinasse, praesertim si locus indicatur, in quem concurritur.

Legitur aor. XIII 68, 2 post *ὁ δῆμος ἀπήντα: συνέδραμον δὲ πολλοί*, et 3: *πλεῖστοι δὲ συνέδραμον*, XIV 16, 1: *εἶχε.. σύμμικτον ὄχλον, ὃς τῷ πρὸς Διονύσιον πολέμῳ συνέδραμεν εἰς τὴν πόλιν*, ubi recte aor. positus, quia ad rem spectat, quae antea acciderat; nec minus recte 70, 2: *οἱ μὲν μισθοφόροι συνέδραμον, οἱ δὲ Συρακόσιοι καταπλαγέντες τὴν ἡσυχίαν εἶχον*. Eodem modo res, quae permanet, impf. si-

gnificatur 72, 4: *ἐξ ἀρχῆς μὲν.. συνέδραμον· ὡς δὲ.. εἶδον, ἐξεβοήθουν* (auxilium ferre studebant). Alia exempla sunt 109, 2. XV 87, 1; XVI 84, 3, ubi iterum, qua ratione impf. et aor. differant, bene licet cognoscere: *ἡ μὲν, πόλις ὀρθὴ διὰ τὸν φόβον ἦν, ὁ δὲ δῆμος ἅπας συνέδραμεν εἰς τὸ θέατρον,* dein sequitur *κατεῖχε*; XVII 23, 4. XIX 14, 2; 50, 1: *συνέδραμον πολλοὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ παρεκάλουν ἀφεῖναι,* XX 16, 8.

Part. aor. inveni IX fr. 4, 2: *συνδραμόντος δὲ τοῦ πλήθους παρεκάλει τοὺς πολίτας,* cum part. praes. XI 57, 4: *τοῦ ὄχλου συνδραμόντος καὶ ἐξαιτοῦντος,* quo loco part. praes. est loco impf. *ἐξῄτει* ‚flagitabat'; XII 62, 3: *ἠμύνατο τὰ πλήθη τῶν ἐπ' αὐτὸν συνδραμόντων,* XIV 14, 8: *ὧν συνδραμόντων πλήρης ἡ πόλις ταραχῆς ἦν,* cf. 16, 1. 51, 3; 97, 2: *συνδραμόντων καὶ πειρωμένων.. ἐπεκράτησαν,* 101, 6. XV 20, 2: *ἀγανακτούντων τῶν Θηβαίων καὶ μεθ' ὅπλων συνδραμ.. ἐφυγάδευσε,* 25, 2. XVI 65, 5. XVII 32, 2. 99, 2. XIX 67, 2. XX 35, 3. Inf. legitur XX 16, 5: *συνέβη τοὺς ἐκ τῆς πόλεως συνδραμεῖν καὶ ἀναβοᾶν.*

Dubitare non possumus, quin omnibus his locis aor. recte traditum sit, etsi nonnullis ex iudicio nostro potius impf. vel praes. exspectamus, velut XII 62, 3. XIV 14, 8. XX 16, 5 aliis. Saepissime omnium verbi *κατατρέχειν* impf. (praes) legitur; in reliquis usus aoristi praevalet.

Uno loco, nisi fallor, legi *παλινδρομεῖν*, quod, adici potest, etsi a *παλίνδρομος* derivandum est, XX 76, 1: *Δημήτριος ἀποτυχὼν καὶ ταύτης τῆς ἐκβάσεως.. ἐπαλινδρόμει παντὶ τῷ στόλῳ. εἶτ' ἐμπεσόντος βορέου λαμπροῦ τρία μὲν σκάφη.. ἐξεβράσθη, αἱ δ' ἄλλαι διεσώθησαν.* Optimo autem iure impf. inter aoristos legitur; nam in revertendo (*παλινδρομεῖν*) ea ipsa finut, quae narrantur.

Denique in transcursu moneo nullum v. simplicis *τρέχειν, δραμεῖν* exstare exemplum. Atque etiam *χωρεῖν* perraro apud hunc scriptorem legitur. Impf. inveni XIV 27, 1: *οἱ στρατιῶται ἐξεπλάγησαν καὶ ἐχώρουν εἰς ὅπλα,* inf. praes. ib. 29, 3: *τοιαύτην ἐποίουν κραυγὴν ὥστε.. χωρεῖν εἰς ὅπλα,* part. 7, 3: *ταῦτα [τὰ νεώρια] ἑξήκοντα ναῦς χωροῦντα πύλην εἶχε*

κλειομένην. Ind. aor. me non puto legisse. Res est, quam supra dixi; multa verba simplicia evanescunt in sermone posterioris aetatis.

Pro *χωρεῖν* cum notione discedendi interdum *χωρίζεσθαι* legitur, quod eodem fere est sensu. Impf. utitur Diodorus, ut consuetudinem quandam Pythagoreorum narret: X f. 5, 2: *παρασκευασάμενοι πάντα τὰ κατὰ τὰς λαμπροτάτας ἑστιάσεις πολὺν αὐτοῖς ἐνέβλεπον χρόνον. εἶτα.. τὰς τραπέζας ἐκέλευον αἴρειν τοὺς παῖδας καὶ παραχρῆμα ἄγευστοι τῶν παρατεθέντων ἐχωρίζοντο.* Alia de causa impf. adhibetur XI 42, 6: *ἕκαστος ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐχωρίζετο θαυμάζων τὴν ἀρετὴν τἀνδρός.* Hoc enim loco impf. depingit, quem ad modum Themistoclem magna admiratione adspicientes quasi gradatim e contione discesserint. Aor. legitur XIII 94, 4: *τότε μὲν ἕκαστος εἰς οἶκον ἐχωρίσθη, τῇ δ' ὑστεραίᾳ.. παρώξυνε,* ceterum vide 5, 5: *διαδρὰς ἐκποδὼν ἐχωρίσθη,* XIV 26, 7; XVIII 22, 7: *Περδίκκας καὶ ὁ βασιλεὺς Φίλιππος ἐχωρίσθησαν ἐκ τῆς Καππαδοκίας.*

ἀνά: Impf. verbi *ἀναχωρεῖν* saepius invenitur, sed rarius est aoristo. Legi impf. XV 86, 3: *οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀνεχώρουν ἐκ τῆς μάχης. ἐπικειμένων δὲ τῶν Βοιωτῶν νεκρῶν ἐσωρεύθη πλῆθος.* Part. praes exstat XVII 26, 7: *πολλῶν δὲ Μακεδόνων πιπτόντων καὶ τῶν ἄλλων ἀναχωρούντων.. καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς πολλὴν ἀμηχανίαν ἐνέπιπτεν.* Utroque loco impf. actionem indicat, quae non finita est, ut semper: ‚Lacedaemonii magis magisque ex acie cedebant', altero loco: ‚cum reliqui cederent paulatim'. Inf. est II 18, 5: *ἀπήγαγε προσποιούμενος ἀναχωρεῖν,* XIII 18, 2: *Νικίας συνεβούλευσε καταλιπόντας τὰς ναῦς ἀναχωρεῖν,* XVII 85, 1: *ἐξέλιπε τὴν φυλακὴν διδοὺς ἔξοδον τοῖς βουλομένοις ἐκ τῆς πέτρας ἀναχωρεῖν.* Difficilius autem est explicare, quae leguntur XIX 30, 2: *πλαγίοις ἐμβαλόντες πυκνοῖς τοῖς βέλεσι κατετίτρωσκον αὐτοὶ μὲν.. οὐδὲν πάσχοντες μεγάλα δὲ βλάπτοντες τοὺς διὰ τὰ βάρη μήτ' ἐκδιῶξαι δυναμένους μήτ' ἀναχωρεῖν ὅταν καιρὸς παραγγείλῃ.* Vix enim possis iustis causis defendere, cur altero loco inf. aor., altero praes. sit scriptus. Opinari autem licet ea, quae erat additurus: *ὅταν καιρὸς παραγγείλῃ,*

animum scriptoris induxisse, ut altero loco inf. praes *ἀναχωρεῖν* uteretur. Nam cum antea actio propellendi aoristo expressa sit, illis verbis mente adiectis tamquam retardatur actio recedendi, ad quam illud *ὅταν καιρὸς παραγγείλῃ* magis pertinet, et non finita fit. Alia exempla sunt XX 31, 3: *βοώντων ἀναχωρεῖν*, 38, 1: *διέγνωσαν ἀναχωρεῖν*.

Ind. aor. legitur XI 25, 2: *συνεβάλετο γὰρ αὐτοῖς πρὸς τὸ πλῆθος τῶν αἰχμαλώτων.... διότι γενομένης τῆς τροπῆς πολλοὶ τῶν φευγόντων εἰς τὴν μεσόγειον ἀνεχώρησαν* (quod recesserunt vel potius recesserant), XI 31, 3: *εἰς τὰς Θήβας ἀνεχώρησαι*, XIII 72, 6: *ἐπιπορευομένων τῶν πεζῶν ἀ. εἰς τὴν πόλιν*, v. praeterea XIII 75, 5. 110, 7: *ἐντὸς τῶν τειχῶν ἀ.*, XIV 24, 4: *ἀνελόντες, ὡς ἤδη νὺξ ἦν, ἀ.*, XV 17, 4. 40, 2. XVI 35, 5. XVII 12, 4. 27, 4. XVIII 22, 2. XIX 14, 3. Inf. exstat XVIII 7, 7: *ὁ Πύθων διεκηρύξατο πρὸς τοὺς ἡττημένους κελεύων τὰ μὲν ὅπλα καταθέσθαι, αὐτοὺς δὲ.. ἐπὶ τὰς κατοικίας ἀναχωρῆσαι*, part. XV 84, 1: *ἀναχωρήσας μικρὸν κατεστρατοπέδευσε*, XVI 31, 5: *μετὰ τῆς δυνάμεως ἀ. ἀνελάμβανε τοὺς στρατιώτας ἐκ τῆς φυγῆς ἐπανιόντας*, XVII 60, 4.

Etiam verbi *ἀποχωρεῖν* multo frequentius exempla aoristi inveniuntur quam imperfecti et praesentis. Impf. legitur XVII 59, 7: *αἱ μὲν ἄλλαι ἀπεχώρουν, ἡ δὲ Σισύγαμβις παρακαλουσῶν αὐτὴν τῶν αἰχμαλωτίδων οὐ προσέσχεν ἀλλ' ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινε.* Quo de loco s. v. *προσέχειν* accuratius disputaturus sum. Impf. *ἀπεχώρουν* depingit, quomodo feminae matrem Darei rogantes, ut secum abiret, singulae discesserint. Simili de causa impf. scriptum est XVIII 32, 3: *τὰς τροφὰς παρασκευασάμενοι νυκτὸς ἀπηλλάγησαν καὶ λαθραίως ἀπεχώρουν πρὸς τὸν Ἀντίπατρον.* et part. praes. 4: *ὁ δ' Εὐμένης ἐπεβάλετο μὲν κολάσαι τὴν ἀθεσίαν.., οὐδὲν δὲ δυνάμενος πρᾶξαι διὰ τὰς ἀρετὰς τῶν ἀποχωρούντων.. ἀπέγνω τὸν διωγμόν.* Part. praes. praeterea legitur XIX 11, 3: *ἡ δ' Εὐρυδίκη.. εἰς Ἀμφίπολιν ἀποχωροῦσα συνελήφθη* (cum discederet), inf. praes. XIX 30, 7: *τοῖς συμβουλεύουσιν ἀποχωρεῖν*, 43, 6: *τὴν ταχίστην ἔφησαν δεῖν ἀ.*

Ind. aor. invenitur XI 36, 6: *εἰς Σάρδεις ἀπεχώρησαν*,

60, 7: *οἱ μὲν ἄνδρες ἀ., αἱ δὲ νῆες ἐγενήθησαι ὑποχείριοι*, 61, 7. XII 43, 3; 60, 1: *ἐγένετο μάχη καθ' ἣν Ἀθηναῖοι λειφθέντες εἰς Ναύπακτον ἀ.*, XIII 74, 2 100, 5; 110, 4: *περὶ ἑξακοσίους ἀποβαλόντες πρὸς τὴν πόλιν ἀ.*, 110, 7. XIV 36, 3. 37, 4. 61, 4. 80, 5 86, 4. 97, 5. 101, 3. XV 65, 4. XVI 17, 5. 59, 3. XVII 7, 10 98, 2; XVIII 15, 4: *ἡ φάλαγξ φοβουμένη τοὺς ἱππεῖς ἀπεχώρησεν ἐκ τοῦ πεδίου*, 15, 6. 17, 4. 33, 2. XIX 43, 5; 51, 5: *ὡς εἶδον τὴν Ὀλυμπιάδα,.. ἀπεχώρησαν ἄπρακτοι.* Exempla inf. legi XI 61, 7: *ἠναγκάσθη ἀποχωρῆσαι*, XVII 28, 4: *ἔδοξε τοῖς νέοις .. ἐμπρῆσαι καὶ ἀ.*, XIX 104, 2; part. XI fr. 32: *πρὸς Κῦρον ἀποχωρήσας.. ἐδήλωσε*, XI 32, 3: *πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους ἀποχωρήσαντες ἐτειχομάχουν*, XV 91, 6: *ἀ. ἠξίουν*, XVIII 2, 4: *τῶν δὲ σωματοφυλάκων ἀποχωρησάντων ἐκ τῆς Βαβυλῶνος καὶ παρασκευαζομένων εἰς πόλεμον .. ἔπεισαν* (cum exissent et ad bellandum se praeparent), 2, 7.

Verbum *διαχωρεῖν* apud Diodorum non invenitur, cum tamen et alii posteriores et Pol. (XVIII 23, 3) eo utantur cum notione bene eveniendi, et cum notione discedendi Arr. An. I 1, 11. Sed eodem fere sensu, quo Arrianus, adhibet *διαχωρίζεσθαι*, velut inf. praes. II 25, 7: *ἀπελπίσαντες περὶ τῆς νίκης παρεσκευάζοντο διαχωρίζεσθαι πρὸς τοὺς οἰκείους ἕκαστοι τόπους*, IV 53, 4: *μελλόντων τῶν Ἀργοναυτῶν εἰς τὰς πατρίδας δ. φασι τὸν Ἡρακλέα συμβουλεῦσαι*, ind aor. XI 91, 2: *διεχωρίσθησαν εἰς τὴν οἰκείαν*, XV 17, 4. 73, 4: *διεχ. εἰς τὰς οἰκείας ἑκάτεροι πόλεις.*

Verbi *ἐκχωρεῖν* legitur impf. XX 98, 9: *τὸ μὲν πρῶτον, οὐδέτεροι τῆς τάξεως ἐξεχώρουν, μετὰ δὲ ταῦτα τῶν μὲν Ῥοδίων ἀεὶ πλειόνων γινομένων... Ἄλκιμος μὲν καὶ Μαντίας.. πολλοῖς περιπεσόντες τραύμασιν ἐτελεύτησαν, τῶν δ' ἄλλων οἱ πλεῖστοι οἱ μὲν διεφθάρησαν οἱ δ' ἥλωσαν.* Qua de causa primum impf. tum aoristi scripta sint, facile est intellectu. Illud enim est, quod primo et secundo capite explicavi: ut rem quae per tempus aliquod manet, exprimat, utitur imperfecto, si novas res, quibus finis imponitur, narrat, adhibet aoristum. Inf. praes. legi IV 64, 2: *ὁ Λάιος ἐκχωρεῖν τῆς ὁδοῦ προσέταττεν*, XIX 16, 3: *Δόκιμος ἐ. συνεβούλευε*, inf. aor. VII 4, 4: *φασὶν αὐτῷ συγχωρηθῆναι ἐκχωρῆσαι τῆς Τρῳάδος.*

Praeterea notavi semel inf. aor. v. *παραχωρεῖν* XIV 25, 2: *ἀπέστειλεν ἀγγέλους κελεύων τῶν ὅπλων παραχωρῆσαι*, tria exempla aoristi verbi *προσχωρεῖν* XIV 48, 1: *Ἐρυκῖνοι προσεχώρησαν τῷ Διονυσίῳ*, idem 48, 4; XVII 98, 2: *περίφοβοι γενόμενοι π. τῷ βασιλεῖ*, bis aor. verbi *συγχωρεῖν* XI 8. 2: *ἐπὶ αοσοῦτο προέβησαν ταῖς προθυμιαις ὥστε τοὺς εἰωθότας ἐκ διαδοχῆς μεταλαμβάνειν τῆς μάχης οὐ συνεχώρησαν ἀλλὰ.. πολλοὺς ἀνῄρουν*, cf. XIII 12, 4. Quod verbum cum notione concedendi vel permittendi saepe invenitur. Aor. verbi *ὑποχωρεῖν* exstat XI 7, 2: *ὀλίγον μὲν χρόνον ὑπέμενον τὸν κίνδονοι, κτεινόμενοι δὲ.. ὑπεχώρησαν*

Haec habui, quae de verbis *τρέχειν* et *χωρεῖν* dicerem. Intelleximus igitur haec verba usu aut paulum aut nihil a legibus generalibus, quas constituimus, differre.

VII. De verbis *ὁρμᾶν* et *πορεύεσθαι* et comp.

Verbum *ὁρμᾶν* saepissime apud Diodorum legitur, ac multo plura sunt exempla generis activi quam passivi. Nullum locum vidi, quo ind. aor. *ὡρμήθην* inveniatur; at part. *ὁρμηθείς* saepius reperitur. Nusquam verbi simplicis imperfectum legi atque etiam v. composita admodum raro hac forma exprimuntur, velut IV 73, 4; neque inf. praes. invenitur, sed saepe part. gen. pass. *ὁρμώμενος*. Ceterum de huius verbi usu non puto opus esse plura disserere

Part. praes. iuxta part. aor. exstat IV 33, 3: *ἐντεῦθεν ὁρμώμενος καὶ πυθόμενος πομπὴν ἀποστέλλεσθαι.. προσπεσὼν ἀπέκτεινε*, 70, 4: *τοὺς Κενταύρους μετεωρισθέντας καὶ ὁρμωμένους λῄζεσθαι*, item 79, 6: *ὁρμώμενοι ἐξ ὀχυρᾶς πόλεως καὶ καταπολεμήσαντες... ἱκανὴν κατεκτήσαντο χώραν*. Quibus locis in illa temporum coniunctione non est offendendam, cum sensu verborum bene explicetur. Alia exempla part.

praes. pass. leguntur V 61, 3: ἐντεῦθεν ὁρμώμενον.. κατακτήσασθαι, XI 67, 8: ἐκ τούτων ὁ. διεπολέμει, 68, 1. XII 54, 4: ἐντεῦθεν ὁ. κατέδραμον, 63, 5. 72, 2. XIII 63, 3. 100, 6. XIV 79, 5 XV 4, 1. 14, 5. 45, 3. XVI 30, 2. XVII 26, 2: ὁρῶν τὸν Ἐφιάλτην πρὸς ἀρετὴν ὁρμώμενον, XIX 19, 2: ἔκρινε.. ἐκεῖθεν ὁρμώμενος ἀνακτᾶσθαι, 72, 6.

Part. praes. act. invenitur XIII 12, 4: τοῦ πλήθους θορυβοῦντος καὶ τῶν ἄλλων πάντων ἐπὶ τὰς ναῦς ὁρμώντων ὁ Νικίας ἠναγκάσθη συγχωρῆσαι, XVI 54, 1: ἐβοήθουν.. παρακαλοῦντες.. τοὺς ἐπὶ τὴν προδοσίαν ὁρμῶντας θανάτῳ κολάζειν. Attamen, etsi rara sunt huius participii exempla, puto ea retinenda esse, si revera in libris ms. tradita sunt.

Ind. aor., ut supra diximus, forma tantum activi expressus legitur, velut VII fr. 13, 1: κατατραυματίσαντες εἰς φυγὴν ὥρμησαν, VIII fr. 3: ὥρμησαν ἐπὶ τὰ βασίλεια καὶ ἐντὸς τῶν θυρῶν εἰσεβιάσαντο καὶ τοὺς ὑφισταμένους ἀνῄρουν, ὕστερον δὲ καὶ αὐτὸν τὸν Ἀμόλιον, ubi impf. ἀνῄρουν iterativum, quod dicunt, intellegendum est: quemvis obsistentem occidebant. Alia exempla reperiuntur X f. 20, 1. XI 31, 2. 36, 4. 64, 1; 67, 6: οἱ Συρακόσιοι ὥ. ἐπὶ τὴν κατάλυσιν τῆς τυραννίδος, 69, 2: τὸν Ξέρξην ἀνελὼν ὥ. ἐπὶ τοὺς τοῦ βασιλέως παῖδας, 74, 3: τὸ λοιπὸν πλῆθος πρὸς φυγὴν ὥρμησε, XII 41,7: πυθόμενοι τὰ συμβεβηκότα παραχρῆμα πανδημεὶ κατὰ σπουδὴν ὥρμ., XIII 10, 6: θλιβόμενοι πανταχόθεν οἱ Ἀθηναῖοι πρὸς φυγὴν ὥ., 51, 5: ὥρμησαν βοηθῆσαι, 51, 6: εἰς φυγὴν ὥ. 6?, 7. 61, 6: Διοκλῆς ὥ. ἐπ᾽ οἴκοι τὴν πορείαν ποιούμενος, 63, 6: ἀποτυχὼν ὥ. διὰ τῆς μεσογείου, 73, 2: πρὸς μάχην, 75, 2: ὥ. ἐκ Σελενοῦντος, 75, 6. 76, 6. 109, 4: διὰ τῆς πόλεως, XIV 22, 2. 23, 6. 24, 3 bis 25, 8. 26, 1. 33, 2. 37, 1: ὥρμησε πολεμήσων, 48, 4. 53, 3: ἐπὶ τὴν διαρπαγήν, 56, 2: ἐπὶ Μεσσήνης, 75, 4: καταλιπὼν τὸ στρατόπεδον ὥ. φεύγειν. 81, 2. 88, 2: πρὸς τοὺς ἀνωτάτω τόπους, 95, 3. 98, 5. 100, 1. 103, 1. 103, 5. XV 17, 2. 80, 5. 82, 6. XVI 19, 4. 49, 1: ἐπὶ τὴν πολιορκίαν, 80, 1. 94, 4. XVII 21, 5. 34, 7; 35, 1. 37, 1. 60, 3; 62, 8: Λακεδαιμόνιοι πανδημεὶ πρὸς τὸν ὑπὲρ τῶν ὅλων κίν-

δυνον, 65, 5. 88, 7. 103, 2; 112, 6: *πρὸς ἄνεσιν*, XVIII 25, 1. 32, 1. 33, 5. 41, 7. XIX 11, 2. 17, 2. 17, 3. 37, 2. Part. aor. act. est IV 44, 3: *ὁρμήσαντος τοῦ Φινέως πρὸς μάχην καὶ τοῦ πλήθους συνδραμόντος τὸν Ἡρακλέα.. διαγωνισάμενον ἀνελεῖν*. V 50, 5: *ὁρμησάντων δὲ τῶν περὶ τὸν Βούτην αἱ μὲν ἔφυγον..*, XI 32, 1: *τοὺς ἐπὶ Θηβῶν ὁρμήσαντας ἐδίωξαν*, XII 24, 5: *βοηθεῖν ὁρμησάντων*, XIII 17, 3. 48, 7. XIV 57, 4. 59, 4. 114,5: *τῶν πλείστων ὁρμ. ἐπήρχουν*, 116, 4: *ὁρμ. ἔλαθε*, XV 26, 4: 85, 7: *τῶν Ἀθηναίων καταπονουμένων καὶ πρὸς φυγὴν ὁρμ. ἐπεβοήθησε* (cum occiderentur et ad fugam se convertissent), XVI 20, 3. 40, 5. 41, 8. XVII 61, 1. 61, 2. 67, 5. XVIII 31, 1. XIX 6, 2. 10, 4. 18, 6. XX 98, 6; part. *ὁρμηθείς* legitur I 28, 2: *λέγουσι δὲ καὶ τοὺς περὶ τὸν Δαναὸν ὁρμηθέντας.. συνοικίσαι*, et antea 28, 1: *ὁρμηθέντας οἰκίσαι*, IV 68, 1: *οὗτος ἐκ τῆς Αἰολίδος ὁ. ᾤκισε πόλιν*, V 77, 4: *τῶν θεῶν τοὺς πλείστους ἐκ τῆς Κρήτης ὁ. ἐπιέναι*, XIV 79, 3: *ἐκεῖθεν ὁ. διετέλεσε πορθῶν*. XV 18, 3: *πόλιν ἐξ ἧς ὁ. ἔφθασαν*, 40, 2. 77, 1. Inf. aor. act. legi IV 44, 2: *συμπλέοντας τοὺς Βορεάδας.. ὁρμῆσαι πρὸς βοήθειαν*, in oratione obliqua 46, 5: *τοὺς Ἀργοναύτας.. ἀπολιπόντας φυλακὰς ὁ. ἐπὶ τὸ δέρος*, et 52, 4: *καταμαθόντας τὸ πῦρ καὶ νομίσαντας συντετελέσθαι ὁ. δρόμῳ πρὸς τὴν πόλιν*, XI 9, 4: *παρήγγειλε τοῖς στρατιώταις.. φονεύειν τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ ἐπ᾽ αὐτὴν ὁ. τὴν τοῦ βασιλέως σκηνήν*, ubi similiter atque VIII fr. 3 (v. supra) sensu iterativo postulatur. Minus perspicua causa est XII 79, 1: *ἔδοξε τὰς μὲν σπονδὰς ἐᾶν χαίρειν, πρὸς δὲ τὸν πόλεμον ὁ.*, quo loco non dubito usui cuidam et inclinationi scriptoris soli id tribuere, neque operae pretium est subtiles causas exquirere. Praeterea notavi XIII 87, 5. XIV 11, 3. XV 10, 3. XVI 4, 6; XVIII 25, 6: *Περδίκκας προέθηκε βουλὴν πότερον ἐπὶ τὴν Μακεδονίαν χρὴ στρατεύειν ἢ πρότερον ἐπὶ τὸν Πτολεμαῖον ὁρμῆσαι*, neque hoc loco alia de causa inf. aor. scriptor usus est nisi quod evitare solebat inf. praes. *ὁρμᾶν* vel *ὁρμᾶσθαι*

Inf. aor. pass. *ὁρμηθῆναι* nullum adnotavi exemplum.

E compositis interdum legitur *ἀφορμᾶν*, velut ind. aor. XIII 111, 2: *αὐτὸς ἀφώρμησε καταλιπὼν περὶ δισχιλίους*, ib.

τῆς ἡμέρας ἐπιφωσκούσης ἀφώρμησαν, XIV 53, 7. XVI 68, 11; part. XV 84, 1: *ἀφορμήσας ἔσπευσε περιπεσεῖν*, XVI 68, 10: *ἀρχομένης τῆς νυκτὸς ἀ. καὶ διανύσας.*

Impf. verbi *ἐξορμᾶν* unum est exemplum imperfecti, quod quidem notaverim, nec tamen corrigendum est. Aptissimum enim est illo loco, quo invenitur: IV 73, 4: *ὁ μὲν Οἰνόμαος ἔθυε κριὸν τῷ Διί, ὁ δὲ μνηστευόμενος ἐξώρμα τέθριππον ἐλαύνων ἅρμα* (solebat vehi). Ind. aor. legitur XIII 61, 6: *πολλοὶ ἐξώρμησαν*, 93, 5: *ἐπαγγειλάμενος ἥξειν ἐ. ἐκ τῆς Γέλας*, XIV 9, 2: *ἐ. ἐπὶ Συρακούσας*, XX 41, 1: *ὁ δ' οὖν Ὀφέλλας, ἐπειδὴ πάντα κατεσκεύαστο, ἐ. μετὰ τῆς δυνάμεως*, part. XIII 109, 2: *ἐξορμήσας ἐπὶ τὴν βοήθειαν κατεστρατοπέδευσε.*

Verbi trans. *παρορμᾶν* ‚impellere' invenitur ind. aor. XII 79, 2: *διὸ καὶ τοὺς ἰδίους στρατιώτας παρώρμησε πρὸς τὸν ἀγῶνα*, XVI 78, 2: *ἐκκλησίαν συναγαγὼν π. τὰ πλήθη πρὸς τὸν ἀγῶνα*, part. XII 40, 5: *π. τοὺς πολίτας εἰς τὸν πόλεμον*; verbi *προσορμᾶν* part. aor. XV 79, 4: *πολλῶν .. κοινωνούντων τῆς προθέσεως καὶ προσορμησάντων ἀπήντησαν πρὸς τὸν καιρόν*, ubi part. praes. ut semper, si res praeteritae narrantur, loco impf. est: *ἐκοινώνουν τ. π.* ‚participes erant consilii'.

Verbi simplicis *πορεύεσθαι* unum attuli imperfecti exemplum, cum composita saepe forma imperfecti dicantur At part. praes. et. inf. non raro inveniuntur, nec tamen huius verbi usus a communibus sermonis legibus recedit. Impf. invenitur XIII 110, 4: *οἱ μισθοφόροι μόγις ἐπορεύοντο.* Part. leguntur IV 36, 3: *ἐπεὶ δὲ πορευόμενος ἦλθε πρὸς τὸν Εὔηνὸν ποταμόν, κατέλαβε Νέσσον*, 37, 4: *ἐκ τῆς Ἰτώνου πορευόμενος καὶ διὰ τῆς Πελασγιώτιδος γῆς βαδίζων Ὁρμενίῳ ..συνέμιξεν*, XI 3, 6: *πορευόμενος διὰ τῆς Θρᾴκης πολλοὺς προσελαμβάνετο* 5, 1: *πορευομένῳ συμπαρέπλει*, 10, 1; *νομίσαντες τοὺς μετὰ τοῦ Τραχινίου πορευομένους ἀπολωλέναι κατεπλάγησαν*, XIII 110, 4: *οἱ Σικελιῶται διὰ τοῦ πεδίου πορευόμενοι καθυστέρουν*, XIV 88, 3: *ἅμ' ἡμέρᾳ πορ.. ἐπέστρεψεν*, v. praeterea 29, 2. 29, 3. 31, 4. XV 42, 2. XVIII 11, 3. XIX 96, 4. XX 91, 2. Quibus de locis plura disserere vix opus est, quia ubique facile perspicitur, cur part. temporis imperfecti

positum sit. Exempla infinitivi inveniuntur XI 48, 7: *πρὸς τὸν πατέρα πορεύεσθαι καὶ κατηγορεῖν ἀπεδοκίμαζον*, XIII 109, 4. XIV 26, 3.

Ind. aor. saepissime reperitur, velut XI 29, 4: *τὸν ὅρκον ὀμόσαντες ἐπορεύθησαν ἐπὶ τὴν Βοιωτίαν*, XIV 20, 3: *ἐπορεύθη πρὸς αὐτόν*, 30, 3: *εἰς Τραπεζοῦντα*, 83, 4: *τὴν πορείαν ἐποιεῖτο τὴν αὐτὴν διεξιὼν χώραν ἣν καὶ Ξέρξης ἐπορεύθη*, 101, 3. XIX 95, 1. 96, 4: nec minus frequens part. est, velut III 70, 4: (*Αἰγίδα θηρίον*) *δι᾽ Αἰγύπτου πορευθὲν διελθεῖν τοὺς περὶ τὴν ἑσπέραν τόπους*, IV 25, 1: *ἐξ ἧς* (*τῆς Ἠπείρου*) *πορευθεὶς εἰς τὴν Πελοπόννησον κατήντησεν*, 41, 7: *περαιουμένων δ᾽αὐτῶν.. τὸν Φρίξον εἰς τὸν Πόντον πορευθέντα καταχθῆναι πρὸς τὴν Κολχίδα*, XI 63, 1: *διὰ τῆς Φωκίδος εἰς Μακεδονίαν π.*, 45, 4: *π. ἐπὶ Ταίναρον καὶ.. καθεζόμενος περιεβάλετο*, 91, 3. XII 27, 3. XIII 108, 3. XIV 9, 9. 20, 2. 36, 2. 36, 3. 81, 4. 83, 4. 107, 2. XV 4, 1. 69, 1. XVI 10, 4. XVII 17, 1. 49, 6. XIX 52, 6. 60, 2. 60, 3. 78, 5. Infinitivi, nisi fallor, desunt exempla.

διά: Impf. invenitur XIV 27, 4: *Τισσαφέρνης .. ἀνέζευξεν. οἱ δὲ Ἕλληνες ἐφ᾽ ἑπτὰ μὲν ἡμέρας διεπορεύοντο τὰ τῶν Καρδούχων ὄρη πολλὰ κακὰ πάσχοντες*, idem 27, 7. 29, 1. Part. praes. legitur IX fr. 37, 2: *διαπορευόμενός ποτε διὰ τῆς χώρας κατενόησεν* (cum iter faceret, in itinere), inf. XVII 68, 2: *οἱ δὲ βάρβαροι μέχρι μέν τινος εἴων αὐτὸν διαπορεύεσθαι*, ubi, quo modo impf. et praes. ab aoristo differant, clare perspici potest. Neque enim per loca illa angusta et aspera usque ad finem iter faciunt, sed in mediis angustiis hostium fit impetus: *ἐπεὶ δ᾽εἰς μέσας τὰς δυσχωρίας ἧκον, ἄφνω τὴν ἐπίθεσιν ἐποιοῦντο.* E contrario, ubi iter per regionem quandam finitur, ind. aor. legitur: XIV 30, 7: *ταύτην μὲν οὖν τὴν χώραν ἐν ἡμέραις ὀκτὼ διεπορεύθησαν, τὴν δ᾽ἐχομένην ἐν τρισίν.*

Verbi *ἐκπορεύεσθαι* legi impf. XIII 33, 2: *προσαγγελθέντων δὲ πολεμίων ἐξεπορεύετο ξίφος ἔχων.* Neque v. *ἐπιπορεύεσθαι*, quamquam hoc verbum saepe legitur, ullum aoristi exemplum enotav nec puto apud Diodorum inveniri. Quod mirum non est. Hoc enim compositum notione ,obversandi

in aliqua regione et circumeundi' magis quasi inclinat ad impf. quam aor. Impf. exstant XII 65, 4: *οὗτοι μὲν ἐπεπορεύοντο τὴν χώραν πορθοῦντες, τῶν δὲ Θηβαίων βοηθούντων.. ἐνίκησαν*, XIV 116, 1: *ἐ. τὴν χώραν λεηλατοῦντες*, et XVII 100, 6 (iterum sequent aoristo): *εἶθ' ὁ μὲν τὴν σάρισαν προβεβλημένος ἐ., ὁ δέ.. πατάξας τὴν σάρισαν ἀπέθραυσεν* (ille gradatim obviam ibat hastam prae se gestans, hic autem hastam concussit et abrupit), XVIII 61, 5: *οἱ μὲν ἐξενολόγουν, οἱ δὲ Κιλικίαν ἐ.*

Inf. praes. reperitur XIV 10, 1: *τούτῳ προσέταξεν ἐπιπορεύεσθαι τὰς πόλεις*, part. XII 45, 1: *ἐπιπορευόμενοι τὴν χώραν ἐδενδροτόμουν*, XIII 72, 6: *ἐπιπορευομένων ἀνεχώρησαν*, XIV 98, 4: *τὰς πόλεις ἐπιπ. διαβαίνει εἰς τὴν Κύπρον*, XVIII 10, 5: *τῶν πρέσβεων ἐ. τὰς πόλεις καὶ παρορμώντων*, XVIII 41, 7. XIX 13, 6. 110. 3. XX 32, 2. 108, 3.

Neque reliquorum compositorum notavi exempla ind. aoristi. Verbi *παραπορεύεσθαι* legitur impf. XVIII 67, 2: *παρεπορεύοντό τινες τῶν φίλων συνηγορήσοντες*, part. praes. XII 24, 4: *ὡς οὐδεὶς αὐτῷ προσεῖχε, παραπορευόμενος κατὰ τύχην παρὰ κρεοπώλιον ἁρπάσας τὴν παρακειμένην ἐπὶ τῆς σανίδος κοπίδα.. τὴν θυγατέρα ἀπέκτεινεν.*

Verbi *περιπορεύεσθαι* invenitur part. praes. XIII 8, 4: *Γύλιππος π. τὰς πόλεις πολλοὺς προετρέπετο συμμαχεῖν καὶ λαβὼν.. ἦγε διὰ τῆς μεσογείου*, 55, 4: *περιπ. τὸ τεῖχος ἐδέοντο μὴ περιιδεῖν*, XIV 42, 1: *περιπ. ἐχρῆτο*, 58, 1: *τὰ φρουρία π. ὠχύρου*, 71, 3: *π. τὴν παρεμβολὴν ἔτυπτον*; inf. XIV 59, 3: *ἀναγκαῖον ἦν τὸ στρατόπεδον περιπορεύεσθαι τὸν λόφον*. Praeterea notavi impf. v. *προπορεύεσθαι*, XXXVI fr. 13, 2: *καταστασιασθεὶς.. οὐκέτι προεπορεύετο*, denique part. aor. v. *συμπορεύεσθαι* XIX 6, 2: *κατέλεξεν εἰς τάξεις.. τοὺς αὐτῷ πρότερον συμπορευθέντας πρὸς Καρχηδονίους* (qui antea cum ipso profecti erant). Ceterum de usu huius verbi nihil addendum esse puto.

VIII. De locutionibus *ποιεῖσθαι τὴν ἀναχώρησιν, ἐπάνοδον, ὁρμήν* similibus.

Hoc in capite eos contuli locos, quibus verbo *ποιεῖσθαι* cum accusativo coniuncto simplex verbi cuiusdam notio exprimitur; nec tamen omnia coegi exempla sed ea solum, quae verbis, de quibus antea dixi, respondent, velut *τὴν ἀναχώρησιν ποιεῖσθαι, ἐπάνοδον π., κατάβασιν π., ὁρμὴν π., πορείαν π.* alia. De *δρασμὸν ποιεῖσθαι*, quod XVIII 19,2 legitur, supra disserui. — Qui usus v. *ποιεῖσθαι* apud scriptores posterae aetatis increbrescit; apud Diodorum saepissime *ποιεῖσθαι τὴν πορείαν* et praeterea *π. τὴν ἐπάνοδον* inveniuntur. De usu aoristi et imperfecti ne hac quidem in parte quidquam novi eruitur.

τὴν ἀναχώρησιν ποιεῖσθαι: Part. praes. est XI 52, 4: *τὴν ἀναχώρησιν ποιουμένων ἐμερίσθησαν* (cum discederent, in discedendo), ind. aor. XV 69, 4: *οὐδὲν πρᾶξαι δυνάμενοι τ. ἀ. ἐποιήσαντο*, iuxta impf. XVII 63, 2: *πολὺν μὲν χρόνον διεκαρτέρουν, τῶν δὲ συμμάχων βιασθέντων καὶ αὐτοὶ τ. ἀ. ἐποιήσαντο εἰς τὴν Σπάρτην*, part. aor. XI 31, 3: *τ. ἀ. ποιησάμενος προῆγεν*, ubi part. loco indicativi est *ἐποιήσατο καὶ προῆγεν* (de *προάγειν* v. infra), inf. XV 93, 2: *ἠναγκάσθη ποιήσασθαι τ. ἀ.*, XVIII 32, 2: *διδοὺς ἐξουσίαν τ. ἀ. π.* Exemplum impf. non adnotavi et, si modo nullum invenitur, casu i tribuendum est. Nam legitur impf. *τὴν ἀποχώρησιν ἐποιεῖτο* XVII 61, 1: *Δαρεῖος τ. ἀ. οὐχ ὁμοίαν τοῖς ἄλλοις ἐποιεῖτο εἰς τοὐναντίον δὲ μέρος ὁρμήσας.. διέφυγε.* Part. praes. invenitur XIX 43, 3: *τῶν δὲ περὶ τὸν Πευκέστην οὐχ ὑπακουόντων ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον πορρωτέρω τὴν ἀ. ποιουμένων.. ἠναγκάσθη συνεῖξαι τῷ καιρῷ* (Peuceste non obediente et porro proficiscente), inf. praes. XIX 84, 6: *τὸ πεδίον συνήργει τοῖς βουλομένοις ἐν τάξει ποιεῖσθαι τ. ἀ.*, quo loco et impf. et part. et inf. sensu iterativo dicta sunt. Bis notavi *κατάβασιν ποιεῖσθαι*: part. aor. III 73, 7: *τ. κατάβασιν ποιησάμενον καταλαβεῖν τοὺς Τιτᾶνας*, inf.

IV 48, 3: *τὴν Μήδειαν (φασὶ) .. ἀποκτεῖναι καὶ μετὰ Ἰάσονος τὴν ἐπὶ θάλατταν κ. ποιήσασθαι.*

Sequuntur *π. τ. εἴσοδον, ἔξοδον, ἐπάνοδον, ἔφοδον, ὁδοιπορίαν, παλινοδίαν.* - *τ. εἴσοδον ποιήσασθαι* legitur XVII 112,2: *(οἱ Χαλδαῖοι) .. προσέταξαν μηνῦσαι τῷ βασιλεῖ τὸν κίνδυνον καὶ παρακελεύσασθαι μηδενὶ τρόπῳ τὴν εἰς τὴν πόλιν εἴσοδον ποιήσασθαι; ἔξοδον ποιησάμενον* XV 63, 3: *οἱ Λακεδαιμόνιοι .. πανδημεὶ τὴν ἐκ τῆς Σπάρτης ἔ. π. προῆγον ἐπὶ τοὺς ἐναντίους.* - *ἐπάνοδον ποιεῖσθαι* id videtur habere proprium, quod ab usu imperfecti alienum est eadem ratione qua *ἐπανιέναι.* Sed inf. et part. praes. interdum inveniuntur, velut inf. XI 80, 1: *Ἀθηναῖοι δὲ πυθόμενοι τοὺς Λακεδαιμονίους τὸν πόλεμον καταλελυκέναι αὐτοὺς δὲ μέλλειν τὴν εἰς οἶκον ἐπ. ποιεῖσθαι, ἔγνωσαν ἐπιθέσθαι,* XV 71, 4: *ἔγνωσαν τ. ἐ. π.*, part. XV 36, 2: *τὴν ἐ. ποιουμένους .. ἀνεῖλον* (cum in itinere essent), XXXVI f. 13, 3: *ὑπὸ πολλῶν ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν προεπέμφθη τὴν ἐκ τῆς Ῥώμης ἐ. ποιούμενος.* Aor. saepe legitur, velut ind. I 55, 12: *ἡ δύναμις τ. ἐ. ἐποιήσατο λαμπράν,* IV 58, 4: *οἱ Ἡρακλεῖδαι .. ἀπέστησαν τῆς καθόδου καὶ τὴν εἰς Τρικόρυθον ἐ. ἐποιήσαντο,* idem VII f. 7, v. praeterea XII 53, 5. 65, 5. 81, 1. XV 57, 1. XVI 39, 5. XIX 64, 1; inf. III 65, 7: *τὸν Διόνυσόν φασι τὴν εἰς Θήβας ἐ. ποιήσασθαι,* IV 3, 1: part. III 70, 4: *τὴν ἐ. ποιησάμενον ἐμπρῆσαι τοὺς κατὰ τὸν Λίβανον δρυμούς,* IV 5, 2. XVI 7, 2.

τὴν ἔφοδον π. ter enotavi. Part. praes. legitur XVIII 71, 4: *τοῦ δὲ Πολυσπέρχοντος ἀνακαθήραντος πάντα τὸν τόπον τοῦ πτώματος καὶ τοῖς θηρίοις ἀθρόοις διὰ τούτου τὴν ἔφοδον ποιουμένου παράδοξος ἐγένετο πρᾶξις περὶ τοὺς ἐλέφαντας* (cum introiret), inf. praes. XV 42, 2: *διὰ τὸ δοκεῖν διὰ τούτου μάλιστα ποιεῖσθαι τὴν ἐ.*, 63, 4: *ἔκριναν π. τ. ἐ.*

τὴν πάροδον ποιήσασθαι legi XIX 64, 6: *τοὺς στρατιώτας ἔκρυψεν ἐν εὐθέτῳ τόπῳ καθ᾿ ὃν ἀναγκαῖον ἦν τοὺς πολεμίους τὴν π. ποιήσασθαι.* Neque *ὁδοιπορίαν ποιεῖσθαι* forma impf. expressum vidi, quod casu

evenisse putaveris. Part. praes. legitur III 72, 4: *Διόνυσον* (*φασὶ*) *προάγειν εὐτάκτως ποιούμενον τὰς ὁδοιπορίας.. καὶ προσφερόμενον*, XVI 31, 3: *τὴν ὁ. ποιουμένων διὰ τόπων καταδένδρων.. συνέμιξαν*, XVII 32, 3: *προῆγεν ἐπ' αὐτὸν σύντονον τὴν ὁ. ποιούμενος*, XIX 26, 5: *ἔλαθον.. τὴν ὁ. ποιούμενοι κατὰ τάχος εἰς τὴν Γαβιηνήν*. Ind. aor. inveniuntur XIX 5, 3: *αὐτὸς δὲ ῥάκη περιβαλόμενος ἀνοδίᾳ τὴν ὁ. ἐποιήσατο*, part. XVIII 59, 3: *ὁ δ' Εὐμένης συντονους τὰς ὁ. ποιησάμενος.. ἧκεν εἰς τὴν Κιλικίαν*.

Pro *τὴν ὁδοιπορίαν ποιεῖσθαι* etiam dicit *ὁδοιπορεῖν*; velut inf. praes. XIX 37, 2: *διὰ τῆς οἰκουμένης χώρας ὁδ. ἀπεδοκίμασε* et part. 37, 5: *τῆς δυνάμεως πένθ' ἡμέρας ὁδοιπορούσης ..ἔκαον πῦρ*. Uno loco legitur *τὴν παλινοδίαν ποιεῖσθαι* et eodem loco *εὐθυπορεῖν*, XIII 19, 2: *ἀπεῖργον εὐθυπορεῖν πρὸς Κατάνην, τὴν παλινοδίαν δὲ καταναγκάσαντες ποιήσασθαι*.

De *πορείαν ποιεῖσθαι*, etsi permulta exstant exempla, admodum paucis disputaturus sum, quod nihil insoliti invenitur. Impf. legitur XIII 86, 5: *μεταπεμψάμενοι ἐπ' Ἀκράγαντος τὴν π. ἐποιοῦντο*, XIV 59, 3: *ἀναλαβὼν τὴν στρατιὰν εὔτονον τὴν π. ἐποιεῖτο*, XIV 83, 3: *τὸ μὲν πρῶτον ... ἐνίκησε καὶ τοὺς πλείστους ἀνεῖλε μετὰ δὲ ταῦτα διὰ Μακεδονίας τὴν π. ἐποιεῖτο*, et optimo iure impf. post aoristos positum est; nam ex iis quae sequuntur apparet Agesilaum iter per Macedoniam tum temporis non finivisse. Alia exempla impf. leguntur 83, 4. 100, 2. XVIII 25, 6. 34, 6. Part. praes. saepe invenitur cum notione ‚iter faciens, cum in itinere esset', velut IV 19, 3: *Ἡρακλῆς τὴν π. π. καὶ διεξιὼν.. ὡδοποίησε*, XI 3, 6: *προῆγεν.. ἐφ' Ἑλλήσποντον τὴν π. ποιούμενος*, 36, 7: *προῆγεν ἐπ' Ἐκβατάνων π. τ. π.*, XIII 54, 6. 61, 6. XIV 21, 2. 39, 4. 47, 4. 95, 3: *πυθόμενος τοὺς Καρχηδονίους διὰ τῆς μεσογείου τ. π. ποιουμένους*, XVII 105, 3: *προῆγεν ἐπὶ τὴν Κεδρωσίαν παρὰ θάλατταν τ. π. π.*, XIX 56, 4. 73, 3: *ποιούμενος δὲ τ. π. διὰ τῆς Θρᾴκης καὶ τὸν Αἷμον ὑπερβαλὼν κατεστρατοπέδευσεν*, ubi recte priore loco part. praes. secundo part. aor. legitur; nam, cum castra poneret, Haemum

montem transgressus erat, sed e finibus Thraciae nondum exierat. Ceterum cf. XIX 26, 6. 32, 2. XX 56, 3. Inf. praes. legitur in or. obl. I 18, 3: *τὸν Ὄσιριν εὐξάμενον τοῖς θεοῖς θρέψειν τὴν κόμην.. τὴν πορείαν ποιεῖσθαι δι' Αἰθιοπίας.* Tum sequitur inf. aor.: *δι' ἣν αἰτίαν μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων ἐνισχῦσαι τὸ περὶ τῆς κόμης νόμινον παρ' Αἰγυπτίοις*, tum iterum inf. praes. *καὶ τοὺς ποιουμένους τὰς ἀποδημίας.. κομοτροφεῖν.* Quo loco usus scriptoris optime illustratur. Primum enim infinitivo praes. pro impf. utitur, quia actio proficiscendi intermittitur et postea tandem accuratius describitur, tum inf. aor. *ἐνισχῦσαι*, quamquam hic mos erat Aegyptiorum isque, qui ad recentiora tempora valebat — quam ob rem aut imperfectum aut perfectum exspectaveris; sed scriptor primum id temporis respicit, quo ille mos in usu esse coepit, deinde apponit *μέχρι τῶν νεωτέρων χρόνων*, quibus verbis ad tempus praesens transit. Itaque *τὸ νόμιμον ἐνισχῦσαι μέχρι των νεωτ. χρ.* dictum est pro *τὸ νόμιμον τότε ἐνίσχυσε καὶ ἐνισχύει μέχρι τ. νεωτ. χρόνων.* Denique his eisdem verbis inductus plane ad praesens tempus descendit *καὶ τοὺς ποιουμένους τὰς ἀποδημίας μέχρι τῆς εἰς οἶκον ἀνακομιδῆς κομοτροφεῖν.* Qua ratione una eademque actio in tria tempora quasi diducitur. — Alia exempla inf. inveniuntur XIV 20, 4. 27, 5. 57, 6. XIX 16, 1. 18, 1.

Ind. aor. leguntur XIII 112, 3: *καταλιπόντες αὐτὸν διὰ τῆς μεσογείου τ. π. ἐποιήσαντο*, XIX 61, 2: *κατὰ τὴν πορείαν ἣν ἐπὶ τῶν Συρακουσῶν ἐποιήσαντο*, XV 64, 1. IV 19, 3; part. I 55, 2: *αὐτὸς δὲ μετὰ τῆς δυνάμεως πεζῇ τ. π. ποιησάμενος κατεστρέψατο πᾶσαν τὴν Ἀσίαν* (*ἐποιήσατο καὶ κατεστρέψατο*), II 13, 5. XII 67, 1. XVIII 25, 6. De quibus locis non opus est plura disserere.

Semel notavi *νυκτοπορίαν ποιεῖσθαι*, XIX 93, 2: *τὴν μὲν ἀποσκευὴν ἀπέλιπε, τοὺς δὲ στρατιώτας εὐζώνους παραλαβὼν νυκτοπορίαν σύντονον ἐποιήσατο.*

Reliquum est, ut paucis de *ὁρμὴν ποιεῖσθαι* loquar. Neque ind. aor. neque impf. notavi, sed praes. et aor. et inf. et part. exempla. Inf. praes. exstat IV 17, 3: *τὰς*

δυνάμεις ἤθροισεν εἰς Κρήτην, κεκρικὼς ἐκ ταύτης ποιεῖσθαι τὴν ὁρμήν, cf. XV 10, 3; part. XI 64, 1: *ἐκ τούτου (τοῦ χωρίου) τ. ὁ. ποιούμενοι κατέτρεχον*, XIII 109, 3; part. aor. XIX 67, 6: *τὴν ὁ. ἐπὶ τὸν Ἀδρίαν ποιησάμενος Ἀπολλωνίαν ἐξ ἐφόδου παρέλαβεν.*

Vidimus igitur etiam hac in parte eis locis quos attulimus communes leges observari, praeterquam quod in *ποιεῖσθαι τὴν ἐπάνοδον* pariter atque in *ἐπανιέναι* imperfectum videtur evitavisse.

IX. De verbo *ἄγειν* et compositis.

Verbi *ἄγειν* eiusque compp. sescenta in Diodori libris inveniuntur exempla. Quae verba usu sunt et transitivo et intransitivo; ideo in binas partes ea distribui. Sed, ut supra dixi, v. intr. *προάγειν* ‚procedere' in proximum caput seposui. Praeterea etiam hac in parte eos locos praecipue respexi, quibus genuina ducendi aut proficiscendi notio invenitur neque usus metaphoricus, qui dicitur, exstat.

Verbi simplicis *ἄγειν* nullum inveni exemplum aor. pass. Saepe utitur Diodorus impf., velut cum accusativo XI 28, 3: *ὁ γὰρ Μαρδόνιος . . τὸ μὲν πρῶτον τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πόλεων ἐπειρᾶτό τινας ἀφιστάνειν . ., μετὰ δὲ ταῦτα . . ἅπασαν ἦγεν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν τὴν δύναμιν*, quo loco impf. sine dubio recte traditum est; nam non in Atticam ipsam pervenit. Ante aoristos legitur XIII 6, 4: *οἱ μὲν οὖν Συρακόσιοι ἦγον τὸ στρατόπεδον ἐπὶ τὴν Κατάνην· οἱ δὲ Ἀθηναῖοι παραπλεύσαντες . . κύριοι κατέστησαν καὶ παρεμβολὴν ἐποιήσαντο*, ubi pariter impf. rebus ipsis defenditur; cf. ib. 11, 2. 68, 3. XIV 55, 7: *Διονύσιος ἀφώρμησεν ἐπὶ Συρακουσῶν διαφθείρων τὴν χώραν δι' ἧς ἦγε τὴν δύναμιν*, XV 46, 4. XVI 45, 1, iterum cum aor. coniunctum XX 39, 3: *ἃ δὴ πυθόμενος ὁ Ἀγαθοκλῆς ἦγε κατὰ τάχος τὴν δύναμιν, καὶ τινὰ μὲν*

τῶν ἀφηρπασμένων ἀνέσωσε, τῶν δὲ πλείστων οἱ Νομάδες ἐκυρίευον καὶ.. ἑαυτοὺς ἐξετόπισαν. Neque hoc loco puto in impf. *ἦγε* offendendum esse, quamquam non omni modo haec cum *ἐκυρίευον - ἐξετόπισαν* comparari possunt. Nam in *ἐκυρίευον* (plurima retinebant) causa imperfecti clarius elucet. Sed praecipue *κατὰ τάχος* monet, ut illud impf. integrum relinquamus. Nam eiusmodi vocabulis libenter id tempus adiungit, quia hoc modo res paulisper quasi detinetur. Quam ob rem pariter *εὐθύς* cum impf. invenitur 42, 3: *εὐθὺς τὴν δύναμιν ἦγεν ἐπὶ τοὺς Κυρηναίους. εἶθ' ὁ μὲν Ὀφέλλας.. ἐπεχείρησε μὲν ἀμύνασθαι κτέ*, cf. XVII 69, 2.

Impf. pass. legitur XIII 84, 3: *καθ' ὃν καιρὸν ἤγετο νύμφη, ἡ πόλις ἔγεμε φωτός* (quo tempore ad maritum deducebatur), XVIII 67, 3: *ἐξεβάλλοντο. τὸ δ' ἔσχατον εἰς τὸ δεσμωτήριον ἤγοντο*, ubi quae sequuntur impf. satis explicant (*συνηκολούθουν - ὀδυρόμενοι κτέ*).

Saepe part. praes. reperitur eodem fere sensu, quo praep. *cum*, velut II 24, 7: *ἧκον πρὸς τὴν Νίνον τῷ μὲν λόγῳ διαδοχὴν ἄγοντες*, XIV 63, 4: *παρεγενήθη ναῦς ἄγων τριάκοντα*, inf. II 6, 1: *ὁ Νίνος ἠναγκάζετο κατὰ μέρος ἄγειν τὴν δύναμιν*, ubi vel *κατὰ μέρος* causa sufficiens imperfecti est; XI 21, 2: *ὅσους ἕκαστος ἄγειν ἠδύνατο*, XII 24, 2: *προστάξας ἄγειν εἰς δουλείαν*, XIV 19, 3: *ἔφασκε - ἄγειν*, 61, 2. 87, 4; inf. pass. XIII 102, 1: *μελλόντων ἄγεσθαι ἐπὶ τὸν θάνατον Διομέδων παρῆλθεν.*

Ind. aor. legitur XIII 72, 3: *νυκτὸς ἀσελήνου τὸ στρατόπεδον ἤγαγεν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας*, XIV 15, 1. 44, 7: *ἤγαγεν εἰς τὴν οἰκίαν*, 49, 3. 114, 2: *διαβάντες ἤγαγον τὴν δύναμιν παρὰ τὸν ποταμὸν σταδίους ὀγδοήκοντα*, XVI 42, 8. XX 84, 6; inf. XVII 2, 5: *ἀπέστειλεν.. δοὺς ἐντολὰς μάλιστα μὲν ἀγαγεῖν ζῶντα τὸν Ἄτταλον*, part. II 48, 5: *οὐθ' οἱ Μήδων.. βασιλεῖς ἠδυνήθησαν αὐτοὺς καταδουλώσασθαι πολλὰς δυνάμεις ἐπ' αὐτοὺς ἀγαγόντες*, XII 78, 3. XIV 17, 8. 108, 1. 117, 3; in loco corrupto 82, 10: *μετὰ δὲ τὴν παράταξιν ἀμφότεροι διαλύσαντες τὸ στρατόπεδον, οἱ μὲν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, οἱ δ' εἰς Κόρινθον τὸ συνέδριον ἀγαγόντες, ἐπεὶ κατὰ νοῦν αὐτοῖς προ-*

εχώρει τὰ πράγματα, συνήγαγον ἐξ ἁπασῶν τῶν πόλεων στρατιώτας εἰς Κόρινθον. Quo loco τὸ συνέδριον ἀγαγόντες non recte traditum esse videtur, primum, quod συνέδριον ἀγαγόντες omnino dici non potest sed solum συναγαγόντες, deinde, quod ille senatus tum temporis sine dubio Corinthi iam erat (cf. § 2: καὶ πρῶτον μὲν συνέδριον κοινὸν ἐν τῇ Κορίνθῳ συστησάμενοι τοὺς βουλευσομένους ἔπεμπον, legati igitur Boeotorum Atheniensium Corinthiorum Argivorum hac in urbe manebant). Neque ad ἀγαγόντες acc. addi potest velut τὰς δυνάμεις, propter διαλύσαντες τὸ στρατόπεδον, quod paulo ante legitur. Mea quidem sententia dubium non est, quin non plures sed una lacuna in verbis traditis sit, nempe ante ἐπεί, et ἀγαγόντες omnino tolerari non possit. Quod part. aut a librario noxae temere mederi conante additum est, aut ex verbis obliteratis solum sed depravatum remansit. Nec τὸ συνέδριον omni suspicione vacat; quod fortasse ex § 2 est repetitum. Qua de causa hunc locum sic fere malim scribi: μετὰ δὲ τὴν παράταξιν ἀμφότεροι διαλύσαντες τὸ στρατόπεδον οἱ μὲν εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, οἱ δ' (sc. praecipue οἱ τῶν συμμάχων ἄρχοντες) εἰς Κόρινθον τὸ κοινὸν συνέδριον ἀπεχώρουν (quod propter sequens προεχώρει omissum est)...ἐπεὶ δὲ κατὰ νοῦν αὐτοῖς προεχώρει τὰ πράγματα, συνήγαγον κτέ. Ind. aor. sed in imagine legitur praeterea XIII 60, 1: ἀπροσδοκήτως δὲ τοῖς πολεμίοις ἀπαντήσαντες εἰς ἔκπληξιν ἤγαγον τοὺς βαρβάρους, 69, 1: εἰς εὔνοιαν.

V. intransitivi ἄγειν ‚proficisci' quattuor notavi exempla impf., unum inf. praes. Aor. non invenitur. Impf. legitur XI 30, 6: προῆγον τὴν δύναμιν εἰς τὴν μάχην καὶ συντάξαντες ἑαυτοὺς ἦγον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, XIII 8, 4: προετρέπετο καὶ ἦγε διὰ τῆς μεσογείου, XIV 55, 4: ἐκβιβάσας ἦγεν, XXXVI fr. 4, 6 cum aor. καὶ ταύτην μὲν διήρπασεν, ἐπὶ δὲ τὴν Μοργαντίνην ἦγεν, inf. praes. XIX 41, 3: βοὴ (ἐγένετο) τὴν ταχίστην ἄγειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους.

Iam enumerentur composita secundum praepositiones distributa.

ἀνά: Verbum ἀνάγειν rarius significat ducere ad alqm.

sive in alqm. locum, velut impf. XI 21, 2: *τοσούτους ἀνῆγον αἰχμαλώτους ὅσους ἕκαστος ἄγειν ἠδύνατο*, XIII 108, 7; inf. praes. act. XIV 20, 5: *τοῦ Κύρου.. διαβεβαιουμένου τὴν στρατιὰν ἀνάγειν οὐκ ἐπ' Ἀρταξέρξην.. ἐπείσθησαν*, 56, 1: *παρεσκευάζετο τὴν στρατ. ἀ. ἐπὶ Μεσσήνης*, ind. aor. act. XVI 31, 2: *πολλοὺς.. ζωγρήσαντες ἀνήγαγον*, XVII 47, 5: part. aor. act. II 2, 4: *τὰς δὲ δυνάμεις ἀναγαγὼν ἐξελέξατο τόπον*, inf. XVII 68, 4: *προσέταξεν ἀναγαγεῖν ἅπαντας τοὺς αἰχμαλώτους*, part. praes. pass. ib. 5: *ἐν τούτοις ἧκεν ἀναγόμενος ἀνὴρ δίγλωττος*, ind. aor. pass. XIX 44, 3: *ἀνήχθη αἰχμάλωτος καὶ Ἱερώνυμος*, part. XV 8, 4: *ἀναχθεὶς ὡς τὸν βασιλέα... παρεδόθη*. Quibus de locis plura verba facere vix necesse est, quia ratio, cur hoc vel illud tempus adhibeatur, facile cognosci potest.

Sed innumeris locis pass. *ἀνάγεσθαι* significat ‚(in altum mare) vehi'; plerumque nomen loci additur, vel unde vel quo naves feruntur. Atque adeo animus scriptoris ad usum aoristi inclinat — cum contra verbi *ἀντανάγειν* saepius impf. videatur adhibuisse — ut numquam impf., raro inf. et part. praes. eis locis, quibus omni modo rebus ipsis postulabantur, posuerit. Legitur part. praes. IV 33, 10: *ἔκρινε ξένοις τισὶ Καρσὶν ἀναγομένοις εἰς τὴν Ἀσίαν δωρήσασθαι (τὴν Αὔγην)*, ‚Caribus qui tum ipsum ancoras tollebant', XI 12, 6: *τῶν βαρβάρων ἐκ πολλῶν λιμένων ἀναγομένων.. κατέδυσαν*, XIX 2, 3: *ἔδωκεν ἐντολὰς Καρχηδονίοις τισὶ θεωροῖς ἀναγ. εἰς Δελφοὺς ἐπερωτῆσαι τὸν θεόν*, inf. II 55, 3: *τοὺς ἄνδρας ἐμβιβάσαντες προσέταττον ἀνάγεσθαι κατὰ τὸν χρησμόν*.

E contrario aor. saepissime invenitur, velut ind. XI 12, 3: *ἐκ Πύδνης ἀνήχθη παντὶ τῷ στόλῳ*, 13, 1. 34, 3. 84, 6. XII 33, 3: *ἀνήχθησαν ἐπὶ τὴν Κέρκυραν*, ib. 4, XIII 4, 3: *ἀ. ἐκ Ῥηγίου καὶ κατέπλευσαν*, 38, 6: *θεωροῦντες παραπλέοντας ἀ. ἐπ' αὐτούς*, 41, 2: *ἀθροίσας τὰς ναῦς κατὰ σπουδὴν ἀ.*, idem 41, 2; 45, 2: *πυθόμενοι ἀ.*, 45, 6; 49, 5: *οἱ στρατηγοὶ κρίναντες πλεῖν ἀ. καὶ περιέπλεον*: 71, 1. 78, 5. 97, 2. 97, 3: *κατὰ σπουδήν*, 97, 4. 104, 2. 105, 1. XIV 19, 5. 84, 3. XIX 70, 6. XX 55, 5 *ἀ. ἐπὶ Σικελίας τὸν πλοῦν ποιούμενος*. Neque

igitur *κατὰ σπουδήν*, sicut alias plerumque, cum impf. coniunctum est.

Part. invenitur IV 44, 6: *ἀναχθέντας καὶ κομισθέντας*, 49, 3: *ἀ. καὶ διαπλεύσαντας*, 49, 8. XI 12, 3. 84, 6, XIII 3, 3. 47, 2. 106, 2. XIV 64, 2. 75, 5. 79, 4. 106, 2. 109,4. XVI 9,4. 16, 1. XVIII 72, 6. XIX 106, 3; inf. IV 42, 7 cum *κατὰ σπουδήν*: (*φασὶν*) *αὐτὸν ἀναχθῆναι μετὰ τῶν Ἀργοναυτῶν κατὰ σπουδήν*, VIII fr. 19, 1. XIII 71, 4: *οὐ τολμῶντος ἀ. τοῦ Λυσάνδρου τὸν πλοῦν ἐποιήσατο*, 106, 5: *μήτ᾽ ἀναχθ. ταῖς ναυσὶν ἀναστροφὴν ἔχοντες*.

V. *ἀνταν άγεσθαι*, ut supra dixi, impf. saepius invenitur. Notavi duo exempla XIII 39, 2: *οὗτοι μὲν ἐκ τοῦ πρὸς τὴν Ἀσίαν μέρους ἔστησαν τὰς ναῦς, οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι τὸ πρὸς τὴν Εὐρώπην ἔχοντες ἀντανήγοντο*, 71, 7: *ὡς οὐδεὶς ἀντανήγετο, καθώρμισε*; part. praes. legitur ib. 105, 2: *οὐκ ἀντ-αναγομένων δὲ τῶν Πελοποννησίων οἱ Ἀθηναῖοι διηπόρουν*. Puto autem praepositione *ἀντί* apposita id effici, quia hoc modo res depingendo quasi dilatatur et a scriptori adhuc fieri videtur. Nec tamen aor. deest: XIII 71, 3: part. *πάσαις ταῖς ναυσὶν ἀνταναχθεὶς μίαν κατέδυσε*, inf. XVII 43, 3: *τῶν Τυρίων ἀνταναχθῆναι μηκέτι τολμώντων*.

V. *ἐπανάγειν* bis notavi: impf. cum notione ducendi XXXIV. XXXV f. 28, 2: *δεδεμένος ἐπανήγετο πρὸς ὕβριν καὶ τιμωρίαν πολεμίων*, et part. aor. pass. XII 3, 3: *Κίμων ἐπαναχθεὶς καὶ πόλεμον συγκρούσας πολλὰς τῶν νεῶν κατέδυσεν*.

ἀπό: Primum de verbo transitivo *ἀπάγειν τινά* disseram. Sine dubio recte impf. in optimis codicibus traditum est XII 24, 3: *ἐπιλαβόμενος ὁ συκοφάντης ἀπηγεν ὡς ἰδίαν δούλην*. Nam non abduxit eam sed conabatur abducere, ut verbis sequentibus apparet: *ὁ δὲ πατὴρ .. ἁρπάσας τὴν παρακειμένην ἐπὶ τῆς σανίδος κοπίδα ταύτῃ πατάξας τὴν θυγατέρα ἀπέκτεινεν*. Nec minus recte legitur XV 32, 5: *οἱ Θηβαῖοι .. μηδὲν ἀξιόλογον πράξαντες ἀπῆγον τὴν δύναμιν εἰς τὰς Θήβας*; tum enim dicit: *Φοιβίδας δὲ .. τοῖς ἀποχωροῦσι Θηβαίοις ἐπιθέμενος ἀπέβαλε κτέ*. Cf. praeterea XIV 62, 5: *τότε μὲν ἀπῆγε τὴν δύναμιν εἰς τὴν στρατοπεδείαν*,

μετὰ δὲ ταῦτα.. τὴν χώραν ἐπῄει. Eadem de causa Diodorus impf. passivo utitur XIII 102, 3: *διαλεχθεὶς ἐπὶ τὸν θάνατον ἀπήγετο.* Nec puto offendendum esse in impf. XVII 13, 6 quamquam inter aoristos positum est: *τέλος δὲ.. αἱ μὲν οἰκίαι διηρπάγησαν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκες.. μετὰ τῆς ἐσχάτης ὕβρεως ἀπήγοντο· τῶν δὲ Θηβαίων ἀνῃρέθησαν - συνήχθη - διεφορήθη.* Nam cum animo scriptoris contumeliae captivorum obversarentur, ad usum imperfecti fuit propensior, quo condicionem depingeret.

Part. praes. act. et pass. una inveniuntur XI 86, 5: *ἀπαγομένου δὲ εἰς τὸ δεσμωτήριον.. συνεστράφησαν καὶ τοῖς ἀπάγουσι τὰς χεῖρας ἐπέφερον*, nec opus est explicare, cur scripta sint, neque XVI 43, 7: *ἐπεὶ δ' ἀπαγόμενος εἶπεν..*, *μετενόησε*, XVII 30, 5: *ἀπαγόμενος ἀνεβόησε*, 84, 6: *τὸν ὄχλον ἀπάγων τοὺς ἱππεῖς συνεπέστησε.* Inf. praes. est XV 6, 3: *προσέταξεν ἀ.*

Ind. aor. legitur II 8, 5: *ἀπήγαγε τὴν δύναμιν ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ*, idem cum. impf. coniunctus XI 25, 5: *Γέλων.. τοὺς πολίτας ἀπήγ. εἰς τὰς Συρακούσας καὶ ἀποδοχῆς ἐτύγχανεν*; alia exempla XII 4, 6. 51, 2. XIII 68, 8; XIV 26, 4: *οὗτοι μὲν περὶ τὰς ὁδοιπορίας ἐγίνοντο, τὴν δὲ δύναμιν ἀπήγαγεν ὁ βασιλεὺς εἰς Βαβυλῶνα*, 38, 3. 40, 6. 75, 3. 75, 7. 80, 6. 81, 3. 100, 5. XV 32, 6. 73, 4. XVII 83, 8, inf. in or. obl. II 38, 4. XII 47, 5. XIII 107, 3. XIV 24, 6. XV 6, 4; part. XI 91, 4. XIII 66, 3. 67, 1. 106, 7.

Notione intr. est *ἀπάγειν* XIII 73, 4: *πολλῶν αἰχμαλώτων σωμάτων κυριεύσας ἀπῆγεν ἐπὶ τὰς ναῦς.* Aor. invenitur 73, 2: *τῶν δ' Ἀθηναίων ἐξαγαγόντων τοὺς στρατιώτας καὶ.. παρατασσομένων τὸ μὲν πρῶτον.. ὥρμησαν, ἀπὸ δὲ τῶν τειχῶν πλήθους βελῶν ῥιφέντος ἀπήγαγον.* Sed, quamquam priore loco aor. *ὥρμησαν* sriptus est, tamen paene suspicor *ἀπήγαγον* in *ἀπῆγον* mutandum esse. Nam Diodorum fere puto non solum verbi simpl. et *προάγειν* sed etiam reliquorum compp., si intransitiva sunt, semper impf., numquam ind. aor. usum esse. Nec tamen res est indubitata et, si optimis in codicibus aor. traditus est - quod adhuc non certo constat —, satius fortasse est eum retinere.

Verbi *διάγειν* legitur part. aor. XV 68, 5: *τὴν δύναμιν διαγαγὼν παρῆλθεν εἰς τὴν Πελοπόννησον*, v. *διεξάγειν*, XIV 20, 2: *διεξαγαγὼν διὰ τούτων τὴν δύναμιν εἰσέβαλεν εἴς τι πεδίον.*

ἐξ: Nullum notavi locum, quo *ἐξάγειν* intransitive adhibeatur. — III 42, 4s. leguntur haec: *οὗτοι* (*Ἄραβες Ναβαταῖοι*) *δὲ πολλὴν τῆς παραλίας νέμονται . . ἔχοντες θρεμμάτων ἀγέλας ἀπίστους τοῖς πλήθεσιν. οἳ τὸ παλαιὸν ἐξῆγον δικαιοσύνῃ χρώμενοι καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν θρεμμάτων τροφαῖς ἀρκούμενοι.* Quo loco *ἐξῆγον* corruptum videtur esse. Scripsit igitur Cobetus *διῆγον* ‚vitam degebant', quod ex sensu aptissimum est; ut autem illud *ἐξ* retineret Fr. Vogel scribi maluit *διεξῆγον*. Sed dubito num hic rectum invenerit. Neque eiusmodo locis, cuius est Pol. I 71, 1: *Καρχηδόνιοι τοὺς κατ' ἰδίαν βίους ἀεὶ διεξαγαγόντες ἀπὸ τῶν ἐκ τῆς χώρας γεννημάτων*, testimonio uti licet, quod *διεξάγειν* non absolute positum est. Nec, quantum scio, veteres sic hoc verbo utuntur. Sane *ἐξ* et *δι* valde forma literarum differunt nec facile commutari potuerunt. Quam ob rem, cum illum locum legi, primum conieci haec scribenda esse: *ἃς μὲν ἐξῆγον* (sc. *τὰς ἀγέλας*) *κτέ.* Sed magis placet sensus, qui Cobeti coniectura efficitur.

Praeterea impf. traditum est XIII 109, 1: *μεταπεμψάμενος ἐ. τὴν δύναμιν*, XV 20, 2: *οἱ Λακεδαιμόνιοι . . . τὸν μὲν Φοιβίδαν ἐζημίωσαν χρήμασι, τὴν δὲ φρουρὰν οὐκ ἐξῆγον ἐκ τῶν Θηβῶν*, ubi impf. pertinaces Spartanorum animos, qui civitatibus Graecis iniuriam Thebanorum moleste ferentibus custodiam non abducebant, optime describit; XV 62, 4 cum *εὐθύς*: *εὐθὺς οὖν οἱ Βοιωτοὶ τὴν δύναμιν ἐ.*, sequitur *προῆγον*, XIX 42, 7: *ἐ. ἐκ τῆς μάχης τοὺς ἱππεῖς καὶ . . . ἀνελάμβανε*; inf. praes. XIII 87, 2: *ἐδέοντο τῶν στρατηγῶν ἐξάγειν αὐτούς*, XVI 64, 2.

Ind. aor. saepe invenitur velut II 5, 6: *ἐξήγαγεν ἐπὶ τὰς στρατείας πεζῶν δώδεκα μυριάδας*, 25, 1. XIII 8, 4. 60, 1: *ἐπὶ δὲ τῶν τειχῶν φύλακας κατέταττον, τοὺς δ' ἄλλους στρατιώτας ἐξήγαγον*, sequitur *εἰς ἔκπληξιν ἤγαγον*. Quo loco

impf. ἐξῆγον mihi videtur aptius esse. Aor. puto errore calami ad sequens ἤγαγον aberrantis ortum esse. Alia exempla sunt XIV 32, 2. 33, 1. 39, 5. 40, 5. 40, 6. 62, 4. 75, 6. 87, 5. 97, 5. XV 38, 2: κατέστησαν ἐξαγωγεῖς οἳ .. ἐπελθόντες ἐ. τὰς φρουράς, XVI 8, 4. XVIII 20, 4; inf. XI 81, 2. 84, 4 bis; part. XI 21,2. XIII 73, 2: τῶν Ἀθηναίων ἐξαγαγόντων τοὺς στρατιώτας καὶ .. παραταττομένων τὸ μὲν πρῶτον ὥρμησαν (cum eduxissent), XIV 80, 1. 95, 7. XVIII 64, 4.

εἰς: Verbi εἰσάγειν neque impf. nec praes. notavi exempla, nec, nisi follar, ullo loco notione intr. est. Ind. aor. act. legitur XIV 44, 7: διακομίσας τὴν παρθένον εἰσ. εἰς τὴν ἀκρόπολιν, 88, 3; part. XIV 14, 7. XV 61, 4. XVIII 64, 2, inf. XVI 45, 3; part. aor. pass. XI 21, 2. 69, 2. XII 68, 6: εἰσαχθεὶς νυκτὸς ἐκράτησε τῆς Τορώνης, XIV 25, 1: εἰσαχθέντες εἰς τὸ συνέδριον εἶπον, 82, 6: ἐντὸς τῶν τειχῶν, 91, 2. XVII 15, 1. 51, 1.

παρεισάγειν: part. aor. act. invenitur XII 41, 4: οἱ προδόται τούτους παρεισαγαγόντες ἐντὸς τῶν τειχῶν κυρίους τῆς πόλεως ἐποίησαν, ubi part. aor. exhibent PAJK[1]), reliqui παρεισάγοντες. Sed dubitari non potest, quin part. aor. scribendum sit, non solum propter auctoritatem c. Patmii sed etiam propter sensum (εἰσήγαγον καὶ ἐποίησαν). Pariter part. aor. legitur XIII 90, 1. XV 84, 2; part. aor. pass. XV 61, 4: παρεισαχθείς ἐντὸς τοῦ τείχους ἐκράτησε τῆς πόλεως.

ἐπί: ἐπάγειν trans. et intrans. est. Interdum acc., quem suppleas, tam prope positus est, ut vix possis diiudicare. Trans. impf. legitur XIII 111, 5: οὓς μὲν ἀνεσταύρουν, οἷς δ' ἀφορήτους ἐπῆγον ὕβρεις, pass. XI 25, 5: ἐπήγετο γὰρ αἰχμαλώτων τοσοῦτο πλῆθος. Part. praes. med. traditum est in libris XII 12, 1: τοῖς μητρυιὰν ἐπαγομένοις κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ἔθηκε πρόστιμον τὸ μὴ γίνεσθαι συμβούλους. Pro ἐπαγόμενος Nauck scribi voluit ἐπεισαγόμενος. Nec tamen puto mutare opus esse. Nam etiamsi μητρυιὰν vel

---

1) De codd., qui libros inde ab undecimo continent, cf. F. Vogel vol. *II.* p. XI. Longe vetustissimus et optimus Patmius P videtur esse.

γυναῖκα ἐπάγειν nullo alio loco inveniatur, tamen sententia verborum perspicua est neque eiusmodi v. *ἐπάγεσθαι* usus sermonis legibus contrarius (cf. Plat. Menex. 238b Gorg. 492b).

Ind. aor. cum acc. invenitur II 19, 4: *ὧν φυγόντων*.. *Σταβροβάτης οὐ καταπλαγεὶς ἐπήγαγε τὰς τῶν πεζῶν τάξεις*, XV 32, 4. XVIII 17, 4; part. XI 55, 1: *αὐτὸν μετέστησαν τ. ὀστρακισμὸν ἐ.*, XIV 111, 3. XVIII 45, 1. 26, 2.

Imperfecto *ἐπῆγον* accus. non appositus est, sed facile adici potest XV 69, 2: *οἱ Βοιωτοὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν συντάξαντες ἐπῆγον ἐπὶ τὴν Κόρινθον καταπληκτικῶς*, XIX 83, 3, ubi praeterea *ἀντεπάγειν* legitur: *τὴν δύναμιν ἐκτάξαντες ἐ. τοῖς πολεμίοις μετὰ πολλῆς κραυγῆς* .. *ἀντεπαγόντων καὶ τῶν πολεμίων ἱππομαχία συνέστη*. Acc. non addendus est XVII 100, 6: *ὡς δ' ἐπῆγον ἀλλήλοις, ὁ μὲν Μακεδὼν* .. *λόγχην ἠκόντισεν, ὁ δ' ἕτερος* .. *ἐξένευσεν*.

Aor. intransitive positus invenitur II 19, 4: *αὐτὸς* (*Σταβροβάτης*) ... *τὴν μάχην ἐπὶ τοῦ κρατίστου θηρίου ποιούμενος ἐπήγαγε καταπληκτικῶς ἐπὶ τὴν βασίλισσαν*. Quo loco ex eis, quae ante leguntur, obiectum non addendum esse, verbis, quae sequuntur, apparet: *τὸ δ' αὐτὸ καὶ τῶν ἄλλων ἐλεφάντων ποιησάντων*. Suspicor autem pro *ἐπήγαγε* impf. *ἐπῆγε* scribendum esse ea de causa, quam s. v. *ἀπάγειν* ad XIII 73, 4 exposui, etsi, ut eodem loco dixi, libris mss. non accurate cognitis eius modi leges vix licet constituere. Sed accedit hoc loco, quod paulo ante *ἐπήγαγε τὰς τῶν πεζῶν τάξεις* invenitur, quod causa erroris esse potuit.

Part. praes. v. *συνεπάγεσθαι* invenitur XXXIV. XXXV f. 2, 16: *ἑτέρους συνεπαγόμενος ἐπῄει τὴν χώραν*.

κατά: *κατάγειν* apud Diodorum significat ,reducere alqm (in patriam, regnum, similia). Impf. invenitur XV 13, 2: *πολλὴν δύναμιν ἀθροίσαντες ἐνέβαλον εἰς τὴν Ἤπειρον καὶ κατῆγον τὸν Ἀλκέταν ἐπὶ τὴν τῶν Μολοττῶν βασιλείαν. οὐδενὸς δ' αὐτοῖς προσέχοντος* .. *ἐπόρθησαν τὴν χώραν*, ubi impf. de conatu dictum est; eadem de causa XVI 2, 6, XIX 11, 2: *Πολυσπερχων δύναμιν ἤθροισε καὶ κατῆγεν Ὀλυμπιάδα* —

postea enim pugna facta Olympias demum in Macedoniam reducta est; eodem modo XX 28, 1. — *κατάγειν ναῦν* ‚navem in portum (re)ducere‘ legitur XIV 64, 1: *ἐπέπλευσαν αὐτῷ (σιτηγῷ πλοίῳ) καὶ κατακυριεύσαντες κατῆγον εἰς τὴν πόλιν.* Nec minus hoc loco impf. ipso verborum conexu satis explicatur. Tum enim non statim *τὸ πλοῖον κατήγαγον*, sed *τῶν Καρχηδονίων ἐπ' αὐτοὺς ἀναχθέντων.. οἱ Συρακόσιοι πάσας ἐπλήρωσαν τὰς ναῦς κτέ*, cf. 74, 1.

Pro inf. praes., quem IV 65, 3: *φασὶ τὸν Ἄδραστον ἐπαγγείλασθαι κατάγειν* D exhibet, sine dubio *κατάξειν* scribendum est, quod in ceteris libris traditum est. Exempla inf. praes. sunt XII 50, 4: *ἔκρινε κατάγειν ἐπὶ τὴν βασιλείαν Ἀμύνταν*, XIII 94, 2. XIV 32, 5. 86, 2. *Λακεδαιμονίων παρασκευαζομένων κ... παρεβοήθουν*, XVI 3, 4. XVII 3, 3. XVIII 8, 2. 12, 1: *ἤμελλε κ. τοὺς ἀπολελυμένους τῆς στρατείας Μακεδόνας*, 70, 7. XX 20, 2: *ἐπὶ τὴν πατρῴαν βασιλείαν*, idem XXXIII fr. 20. Part. legitur XVI 3, 3: *ὁρῶν κατάγοντας τὸν Ἀργαῖον.*

Ind. aor. legi XIII 19, 1: *οἱ Συρακόσιοι τὰς ναῦς ἀναψάμενοι κ. εἰς τὴν πόλιν*, 82, 6: *νικήσαντος Ἐξαινέτου κατήγαγον αὐτὸν εἰς τὴν πόλιν.* cf. 65, 3. XVI 81, 3. XVIII 18, 9; inf. IV 65, 3; part. XII 50, 6 (sed melius Dind. *κατάγοντες*) XIV 79, 7. Ind. aor. pass. legitur XIV 38, 5: *ἔφυγον καὶ.. κατήχθησαν ὑπὸ Βοιωτῶν*, part. XIV 92, 3: *ὑπὸ Θετταλῶν καταχθεὶς ἀνεκτήσατο τὴν ἀρχήν.* Significat ‚advehi, appellere ad terram‘ 50, 2: *ἐκπλεύσας.. κατήχθη ἐπὶ τὴν τῶν Σελινουντίων χώραν νυκτός*; cf. XIII 3, 3.

V. *συγκατάγειν* invenitur ind. aor. XV 25, 4: *οἱ Θηβαῖοι.. ἐξέπεμψαν πρεσβευτὰς εἰς τὰς Ἀθήνας ὑπομιμνήσκοντες ὅτι καὶ αὐτοὶ συγκατήγαγον τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων καθ' ὃν καιρὸν ὑπὸ τῶν τριάκοντα κατεδουλώθησαν*; inf. praes. XVI 59, 4.

μετά: Inf. praes. v. *μετάγειν* ‚ex uno loco in alterum transferre‘ traditus est XIX 110, 5: *τὸν ἀπὸ τῆς χώρας σῖτον ἀπεκόμιζε διανοούμενος τῆς μὲν πόλεως τὴν ἱκανὴν ἀπολιπεῖν φυλακήν, τῆς δὲ δυνάμεως τὴν κρατίστην μετάγειν εἰς Λιβύην*

καὶ μετατιθέναι τὸν πόλεμον εἰς τὴν ἤπειρον ἐκ τῆς νήσου. Inf. praes. *μετάγειν* et *μετατιθέναι* certe ab inf. aor. *ἀπολιπεῖν* parumper differunt, nec facile potest explicari causa, cur Diodorus modo aor. modo praes. usus sit. Sed si re vera haec in codicibus leguntur, inf. aor. retinendus est, quia hic scriptor ad usum aoristi v. *ἀπολείπειν* maxime est propensus.

Ind. aor. notavi XIV 12, 5: *Κλέαρχος εἰς Σηλυβρίαν μετήγαγε τὴν δύναμιν*, 78, 5, part. II 38, 5: *πόλεων γενηθῆναι κτίστην μεταγαγόντα τὰς κώμας εἰς τοὺς εὐθέτους τόπους*, inf. XVII 18, 2: *Μέμνων .. συνεβούλευε κατὰ στόμα μὲν μὴ διακινδυνεύειν .., διαβιβάζειν δὲ καὶ δυνάμεις .., καὶ τὸν ὅλον πόλεμον εἰς τὴν Εὐρώπην μεταγαγεῖν*, ubi post infinitivos praes. inf. aor. scripsit, ut, quae antea dixerat, paucis demum verbis complecteretur. Omnes enim inf., qui ante hunc leguntur: *διακινδυνεύειν - φθείρειν - εἴργειν - διαβιβάζειν* uno *μεταγαγεῖν* quasi continentur. Part. exstat XIV 57, 6: *τὴν δύναμιν μεταγαγὼν εἰς τὴν πόλιν ἐπεχείρησε.*

παρά: Impf. invenitur XI 3, 4: *ὧν οἱ μὲν εἵλοντο γνησίως τὴν συμμαχίαν, οἱ δὲ παρῆγον ἐφ᾽ ἱκανὸν χρόνον ἀντεχόμενοι τῆς ἰδίας μόνον ἀσφαλείας.* Quo loco miror neminem in verbis traditis offendisse. Nam cum haud dubie vel ‚morari' vel ‚tempus ducere' vel ‚rem differre' desideretur, quaeritur, num *παράγειν* absolute cum notione morandi dici possit. Hoc equidem nego. Neque, cum hoc nullo modo indicetur, obiectum e priore membro enuntiati, sc. *ἑλέσθαι τὴν συμμαχίαν*, addere licet. Quam ob rem verbis, quae sunt in textu, acquiescere nequeo. Aut scribendum esse puto: *οἱ δὲ παρῆγον ἐφ᾽ ἱκανὸν τὸν χρόνον* ‚tempus aliquantum ducebant' (cf. Plut. Fab. Max. 5) ‚aut, quod etiam placet magis: *οἱ δὲ παρῆγον τὴν πρᾶξιν ἐφ᾽ ἱκανὸν χρόνον*, sicut Diodorus ipse scripsit XVIII 65, 1: *φοβηθεὶς ἐπηγγείλατο μὲν παραδώσειν, ἀεὶ δὲ προφάσεις τινὰς ποιούμενος παρῆγε τὴν πρᾶξιν.* Hi duo loci praeterea eo similes sunt, quod aor. cum impf., quo v. morandi aptissime expressum est, coniungitur. Sequitur ille locus, qui ex Demosthene petitus est, de quo

supra s. v. *παριέναι* disserui, XVI 84, 4: *ὡς δ' ἧκον οἱ στρατηγοὶ καὶ τὸν μηνύσαντα παρῆγον κἀκεῖνος εἶπε κτέ.* Apud Dem. de cor. 170 leguntur: *καὶ μετὰ ταῦθ' ὡς ἦλθεν ἡ βουλὴ καὶ ἀπήγγειλαν οἱ πρυτάνεις τὰ προσηγγελμέν' ἑαυτοῖς καὶ τὸν ἥκοντα παρήγαγον κἀκεῖνος εἶπεν κτέ.* Apud Dem. igitur *παρήγαγον* apud Diod. *παρῆγον* legitur; nec tamen ideo censeo *παρῆγον* temptandum esse. Nam Demosthenes, cum res antea (168) accuratius explicaverit eaque de causa impf. usus sit, tum res gestas, quae sequebantur, paucis aor. complectitur. A Diodoro quae facta sunt, sine certo colore puris verbis enarrantur, ideoque locus. Demosthenis vix causa sufficiens emendandi est, cum impf. per se bene explicari possit et quoddam adminiculum habeat in impf. *ἧκον*, quamvis sit infirmum.

Ind. aor. invenitur XIII 62, 3: *τοὺς ἁλόντας παρήγαγεν ἐπὶ τὸν τόπον*, cum impf. 64, 5: *πεζῇ δὲ παρήγαγον ἱκανὴν δύναμιν καὶ περιστρατοπεδεύσαντες .. ἐπόρθουν*, part. XV 79, 5: *τῶν δ' ἀρχόντων συλλαβόντων τοὺς τῶν Ὀρχομενίων ἱππεῖς καὶ παραγ. εἰς τὴν ἐκκλησίαν ὁ δῆμος ἐψηφίσατο τούτους ἀποσφάξαι*, part. aor. pass. *παραχθεὶς* XII 50, 4: *π. εἰς τὸν δῆμον διελέχθη*, XIX 5, 4: *π. εἰς τὸ Δήμητρος ἱερὸν ὤμοσε.*

Legitur v. intrans. impf. XIII 7, 8: *συναγαγὼν τοὺς πεζοὺς .. διὰ τῆς μεσογείου παρῆγεν εἰς Συρακούσας*, inf. praes. XX 50, 1: *τοῖς δ' ἱππεῦσι προσέταξε π. παρὰ τὸν αἰγιαλόν*, part. XIX 31, 2: *ὡς δὲ παράγοντες ἀπέσχον .. ὡς τριάκοντα σταδίους, ἡ ὥρα κατελάμβανε μεσονύκτιος.*

Verbo *ἀντιπαράγειν* ‚cum exercitu sive navibus obviam ire', Diodorus, quantum video, solum intr. utitur eoque forma impf. vel praes. expresso, velut impf. XIV 62, 3: *τούτων δὲ καθορμισθεισῶν εὐθὺς καὶ τὸ πεζὸν στρατόπεδον ἐκ θατέρου μέρους ἀντιπαρῆγε*, in proximo enuntiato tum legitur *κατεσκήνωσεν*, XX 109, 2: *ὁ δ' Ἀντίγονος ὡς εἶδε τὴν τῶν πολεμίων ἀπαλλαγὴν ἀ. αὐτὸς διὰ τῶν πεδίων*, inf. praes. XVII 102, 1: *Ἀλέξανδρος τὴν μὲν στρατιὰν προσέταξεν ἐπὶ τὸν ποταμὸν ἀ. ταῖς ναυσίν*, part. XIX 31, 2: *τῶν δυνάμεων ἀντιπαραγουσῶν ὁ ψόφος .. ἐν χερσὶν ἐδόκει πᾶσιν εἶναι.*

Praeterea notavi inf. praes. *συμπαράγειν* XIV 59, 3: *οὐκέτι δυνατὸν ἦν τὴν πεζὴν στρατιὰν σ. παραπλεούσαις ταῖς ναυσίν.*

περί: Medium *περιάγεσθαι* ‚secum (circum)ducere', si quid video, semper impf. et praes. expressum invenitur; quod mirum non est. Nam huic verbo, ut ita dicam, consuetudo quaedam quasi subest atque inhaeret. Cum aor. coniunctum legitur impf. IX fr. 34: *Κῦρος περιήγετο τὸν Κροῖσον ἐντίμως· μετέδωκε δὲ αὐτῷ καὶ τοῦ συνεδρίου*, XVII 35, 4: *ἑκάστῃ .. π. πλῆθος κατασκευῆς*, antea dixit *συνηκολούθουν* (mos erat feminarum Persarumm e. q. s.), 77, 6 post aor. *τοῖς ἵπποις Περσικὰς σκευὰς περιέθηκε· πρὸς δὲ τούτοις τὰς παλλακίδας π.* (solebat secum habere), inf. praes. in or. obl. II 38, 6: *ἱστοροῖσι δ' αὐτὸν καὶ γυναικῶν πλῆθος περιάγεσθαι*, cf. IV 2, 6. 4, 2. 5, 3.

Impf. aor. legi XIV 112, 2: *Διονύσιος περιῆγεν αὐτὸν τὴν πόλιν μαστίζων καὶ αἰκιζόμενος* (v. s. v. *ὑπέμενε*). Sed, ubi significat ‚in alium locum traducere', aor. reperitur XIV 72, 1: *περιήγαγε τὴν δύναμιν καὶ περιελθὼν ἐπὶ τὸ τῆς Κυάνης ἱερὸν ἔλαθε κτέ*, inf. XII 61, 6: *ἤλπιζον τὸν πόλεμον περιαγαγεῖν εἰς τὴν Πελοπόννησον.*

πρό: De usu intr. v. *προάγειν* paulo infra disseram. V. trans. significat proprie ‚producere ex aliquo loco' (IV 44, 3) praecipue ‚exercitum producere(XV 52, 6 a. l.), ‚aliquem in locum deducere', (XV 7, 1), dein metaphorice ‚ad dignitatem sive honores provehere' (XVIII 2, 2), ‚alicui favere' (I 58, 2), *τινὰ εἰς εὔνοιαν* ‚gratiam alicuius sibi conciliare' (med. XVI 3, 3). Impf. cum *τὴν δύναμεν* XI 30, 6 legitur: *προῆγον τὴν δύναμιν εἰς τὴν. μάχην καὶ .. ἦγον ἐπὶ τοὺς πολεμίους*, XV 52, 6: *καταλέξας π. τὴν δ.* XXXVII f. 15, 1: *ὁ Μάριος ἤγαγε τὴν δύναμιν ... καὶ ἀντεστρατοπέδευσε. Πομπαίδιος δὲ .. αὐτὸς π. τ. δ.*, ubi impf. verbis sequentibus *καὶ πλησίον ἀλλήλων γενομένων κτέ.* satis explicatur. Eodem sensu dicitur inf. praes. XV 52, 6: *διεμαρτύραντο μὴ π. τ. δ.*, XI 81, 6 part. *ὀλίγους γὰρ προάγων στρατιώτας παρετάξατο.* Ind. aor. inveni XIV 79, 2: *στρατολογήσας προήγαγε τ. δ. εἰς*

ὕπαιθρον, XVI 28, 2: *κατασκευάσας δ. ἀξιόλογον π. εἰς ὕ.*, XV 76, 2: *τ. δ. π. ἐκ τῆς πόλεως καὶ δρομαῖος ἠπείγετο*, cf. praeterea XII 50, 4. 78, 4. XIII 66, 2; part. aor. legitur, IV 22, 4: *τ. δ. π. ἀπήντα τοῖς πολεμίοις*, XI 68, 4. XIII 88, 1. XIV 58, 2. 117, 1. XV 33, 1. 52, 7. 62, 2. XX 18, 1. 64, 1. Cum aliis obiectis leguntur inf. aor. IV 44, 3: (*Ἡρακλέα*) *κρατήσαντα.. τὴν Κλεωπάτραν τῆς φυλακῆς προαγαγεῖν*, XV 7, 1 part. *προαγαγὼν* (*Πλάτωνα*) *εἰς τὸ πρατήριον.. ἀπέδοτο*, similiter XVI 31 1: *ζωγρήσαντες οὐκ ὀλίγους τῶν μισθοφόρων πρ. πρὸ τῆς πόλεως ἐκήρυξαν.*

,Lacessere ad pugnam' impf. act. videtur significare XV 70, 1: *πεῖραν αὐτῶν βουλόμενοι λαβεῖν προῆγον αὐτούς*, nisi forte med. *προήγοντο* (vel *προῆγον ἐπ' αὐτούς*) scribendum est. Ceteris enim locis Diodorus notionem, lacessendi ad proelium, evocandi forma medii utitur, velut XVIII 46, 5 part. aor.: *ἠξίουν δ' αὐτὸν.. δι' ἀκροβολισμῶν προαγαγόμενον τοὺς ἐκ τῆς πόλεως ὑποχωρεῖν ὡς φεύγοντα*, inf. praes. XX 64, 4: *οὐ δυνάμενος αὐτοὺς εἰς τὰ πεδία προάγεσθαι τὴν δύναμιν ἤγαγεν κτέ.* Similiter significat med. ,pellicere in alqm. locum' XIV 85, 3: *προαγαγόμενος αὐτὸν εἰς Σάρδεις συνέλαβε.*

,Ad dignitatem quandam promovere' significat impf. XII 75,5: *πολλαὶ πόλεις συνίσταντο καὶ προῆγον τὴν τῶν Ἀργείων πόλιν ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν*, XVII 109, 3: *ἡγεμόνας κατέστησε καὶ τούτους π. ἐπὶ τὸ πρωτεῖον*, XVIII 2, 2: *ἡ μὲν φάλαγξ Ἀρριδαῖον.. π. ἐπὶ τὴν βασιλείαν* (de conatu dictum). *οἱ δὲ μεγιστον ἔχοντες ἀξίωμα.. διαγωνίζεσθαι πρὸς τὴν φάλαγγα διέγνωσαν..* — Aor. eodem sensu est II 43, 1: *τὸ δ' ἔθνος εἰς μεγάλην ἡγεμονίαν καὶ δόξαν προήγαγον* (*προηγάγοντο* D, sed id haud dubie corruptum). — ,Aliquem (ducem) constituere' significat XIX 13, 1: *ἐπεχείρουν τοὺς Μακεδόνας πείθειν ἀποστῆσαι τὸν Εὐμένη τῆς στρατηγίας καὶ μὴ προάγειν καθ' αὑτῶν ἄνδρα ξένον*; ,honore afficere' ,favere' I 58, 2: *οὓς ὁ βασιλεὺς ἐτίμα καὶ διαφερόντως προῆγεν*, impf. med. ,gratiam alicuius sibi conciliare' XVI 3, 3: *εἰς εὔνοιαν τὰ πλήθη προήγετο*, idem inf. aor. XV 29, 4: *σπεύδοντες τὸν βασιλέα εἰς εὔνοιαν προαγαγέσθαι, εἰς δεισιδαιμονίαν* XVII 41, 6.

πρός: Primum de usu trans.[1]) dicturus sum. Act. *προσάγειν* imprimis de re militari dicitur: ‚adducere turres, aggerem, exercitum, naves ad urbem', similia. Impf. sic legitur XIV 49, 3: *ἐχώννυε τὸν μεταξὺ πόρον καὶ τὰς μηχανὰς προσῆγε τοῖς τείχεσι*, XVI 10, 4: *ἐκτάξας τὴν δύναμιν π. τῇ πόλει*, XVI 20, 3. XVIII 13, 2. 70, 1: *τὴν βίαν*, XV 68, 4: *π. τὴν βίαν τοῖς πολεμίοις*. Inf. praes. legi XII 62, 2: *παρεκελεύετο βίᾳ π. τῇ γῇ τὴν τριήρη*, XX 86, 1: *ἐπιβαλόμενος τὰς μηχανὰς π. τοῖς λιμέσιν ἐκωλύθη*, 95, 2; *βίαν π.* XII 46, 4: *ἠναγκάζετο . . . τοὺς στρατιώτας ἀναγκάζειν παρὰ δύναμιν βίαν π. τῇ πόλει*; part. praes. cum part. aor. XVI 63, 3: *κατασκευάσαντος δὲ αὐτοῦ μηχανὰς καὶ προσάγοντος τῇ πόλει . . κατεφλέχθησαν*, 74, 2. XX 88, 7. Invenitur *βίαν π.* XII 62, 1: *βίαν προσαγόντων τοῖς τείχεσι πολλοὶ . . ἐθαυμάσθησαν*, quo loco part. aor. scribi voluit Steph., sed puto part. praes. retinendum esse, cf. XI 60, 4. XII 47, 2.

Ind. aor. act. est XIII 85. 4: *θεωροῦντες εὐέφοδον εἶναι τὴν πόλιν δύο πύργους προσήγαγον*, XIV 51, 1 bis, XVI 49, 1; XVII 46, 1: *τούτῳ* (*τῷ τείχει*) *π. τὰς τριήρεις*. Inf. bis invenitur XII 62, 2 s, sed sine dubio priore loco rebus ipsis inf. praes. melius conveniret: *τῶν γὰρ τριηράρχων οὐ τολμώντων προσαγαγεῖν τῇ γῇ τὰς τριήρεις διὰ τὴν χαλεπότητα τῶν τόπων τριήραρχος ὢν ἐβόα . . προσάγειν* (v. supra) . . *τέλος δὲ συναναγκάσαντος τὸν κυβερνήτην προσαγαγεῖν τὴν ναῦν, ἡ μὲν τριήρης ἐπώκειλεν κτέ.* Haud igitur dubito, quin *οὐ τολμώντων προσάγειν* scribendum sit, quod, si ea, quae F. Vogel adnotavit, recte intelligo, in codicibus quibusdam deterioribus invenitur. Quamquam, cum de eiusmodi formis agitur, huic rei non multum tribuendum est, tamen inf. praes. praeferendum. Primum enim de conatu appellendi dicit, res ipsa non perficitur, sed de solo agitur consilio. Tum demum verbis *συναναγκάσαντος προσαγαγεῖν* res ad finem per ducitur.

1) Ne quis me incuset, quod res notissimas non satis distinxerim, illud moneo me sub usu intrans. eos locos tractavisse, quibus obiectum non appositum sit neque ex eis quae leguntur, facile possit suppleri, ceteros sub usu trans.

Exempla part. aor. sunt XIV 51, 7: *τοὺς πύργους προσαγαγόντες.. κατεσκεύασαν*, XV 34, 4. XVI 8, 2. XVII 43, 7. XIX 13, 1. XX 103, 2. 103, 5; XII 24, 3: *προσαγαγὼν κατηγόρησεν ὡς δούλης*. — Ind. aor. pass. notavi XVII 34, 7: *προσήχθη τέθριππον ἕτερον τῷ Δαρείῳ*.

Impf. intransitive adhibitum legitur XV 83, 2: *τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ κατὰ σπουδὴν διανύσας ἅμ' ἡμέρᾳ προσῆγε τῇ Σπάρτῃ*, XVIII 34, 1: *οὐ κατεπλάγησαν ἀλλὰ τολμηρῶς π. τοῖς τειχίσμασιν*, XX 29, 5; inf. praes. IV 10, 5: *πυθόμενος Ἐργῖνον.. προσάγειν τῇ πόλει., ἀπαντήσας ἀνεῖλε*, cf. XVIII 59, 1. XIX 84, 3. XX 67, 2; part. 66, 1: *τούτους ὡς εἶδον ἐπὶ τὴν παρεμβολὴν π., .. ἐδήλωσαν*. Aoristi nullam formam nisi part. legi XIX 97, 2: *τῇ δ' ὑστεραίᾳ προσαγαγόντος αὐτοῦ τῇ πέτρᾳ τῶν βαρβάρων τις ἀνεβόησε*, nec satis constat sintne haec optimis libris tradita. Sed si re vera sunt, nihilo minus malim *προσάγοντος* scribere, aut si cui aor. aptius videtur esse, addere *αὐτοὺς* vel potius, quia hoc prope *αὐτοῦ* satis durum esset, *αὐτοῦ* emendare in *αὐτούς*. Nam sine dubio gen. subst. tam facile ex eis, quae ante leguntur, adicitur, ut deesse possit (cf. Xen. An. IV 8, 5, Hell. I 1, 2).

Medium, quod frequentissimum est, significat: ‚sibi conciliare, in partes suas trahere'. Impf. multo rarius legitur quam aor. Tria notavi exempla XVII 24, 1: *προῆγεν ἐπὶ τῆς Καρίας καὶ τὰς ἐν τῇ παρόδῳ πόλεις προσήγετο*, sequitur *εὐεργέτει*, XIX 72, 1. 102, 8: *ἃς μὲν ᾕρει ἃς δὲ π.*, 110, 3. Part. praes. legitur XI 44, 6: (*τὰς πόλεις*) *προσαγόμενος ἰδίας ἐποίησε τοῖς Ἀθηναίοις*, XIV 94, 3: *ἐπῄει τὰς πόλεις π.*, cf. praeterea XV 8, 3. XVII 48. 6. XVIII 38, 4. 52, 8. XIX 62, 9. 72, 4. 85, 4; inf. XII 50, 6: *ἐπειρῶντο προσάγεσθαι τὰς πόλεις*, XV 71, 2. XVIII 7, 4.

Ex sescentis aor. exemplis nonnulla sum allaturus, neque ullum eorum praebet difficultatem. Ind. aor. legitur XI 85, 2: *εἰς τὴν Ἀκαρνανίαν διαβὰς πλὴν Οἰνιαδῶν ἁπάσας τὰς πόλεις προσήγαγεν*. Et cf. XII 68, 4. XIII 64, 3. 72, 2. XIV 17, 8. XV 30, 5. 57, 2. 60, 2. 69, 1. 73, 2. 75, 2. XVII 3, 6:

οὓς μὲν πειθοῖ π., οὓς δὲ φόβῳ διωρθώσατο, 29, 2. 75, 1. 86, 3. 102, 4. 104, 4. 109, 3. XVIII 29, 5. 67, 3. XIX 86, 1. XX 17, 1. 17, 6; part. XI 60, 4: *προσαγαγόμενος δὲ τὰς κατὰ τὴν Καρίαν πόλεις ὁμοίως καὶ τὰς ἐν τῇ Λυκίᾳ πείσας προσελάβετο*, ubi part. aor. sine dubio recte ab Eichstadtio scriptum est pro part. praes., quod in codicibus invenitur. Alia exempla leguntur ib. 84, 7. XII 43, 5. XIV 47, 6. 84, 4. XV 60, 1. 61, 5. XVII 4, 2. 73, 1. 91, 2. XVIII 43, 2. 72, 3. XIX 24, 1. 31, 2. 10, 2. 62, 6; inf. XIV 14, 1: *τὰς πόλεις ἔσπευδε προσαγαγέσθαι*, XIX 62, 6.

σύν: V. *συνάγειν* sescenties apud Diodorum invenitur. Notio primaria est ‚cogere, colligere', significat ‚exercitum comparare' (*δύναμιν συνάγειν*), ‚milites conscribere' (velut *μισθοφόρους σ.*), ‚convocare contionem' (velut *συν. ἐκκλησίαν* vel *τινὰς εἰς ἐκκλησίαν*), similia. Nusquam, nisi fallor, notione intr. est. Ceterum vix de ullo loco plura sunt dicenda.

Impf. legi XI 1, 5: *Καρχηδόνιοι μὲν χρημάτων πλῆθος ἀθροίσαντες μισθοφόρους συνῆγον καὶ .. κατέγραφον δυνάμεις*, XII 25, 1. XIII 46, 1: *οὗτος σ. πανταχόθεν τὰς ναῦς*, eadem ratione cum *πανταχόθεν*, sed post aor. 96, 2: *μετεπέμψατο καὶ τοὺς μισθοφόρους καὶ πανταχόθεν σ. τοὺς φυγάδας* (sed aor. 105,1), XIV 10,4. XVI 6,5. XVII 94, 4: *σ. πάντας εἰς ἐκκλησίαν*. XIX 15, 4, de conatu XX 36, 5: *εἶθ' οἱ μὲν ὕπατοι .. σ. τὴν σύγκλητον* (v. c. II); part. praes. pass. XIII 49, 2: *τοῦ συναγομένου στόλου*, inf. praes. act. post. aor. XIX 20, 2: *Πύθωνα δ' ἐξαπέστειλε κελεύσας περιελθεῖν πᾶσαν τὴν Μηδίαν καὶ σ. ὡς πλείστους ἱππεῖς*, quo loco inf. praes. recte puto traditum esse, quia in circumeundo equites conscribuntur; eadem de causa, quod altera res in singulas partes quasi dirimitur ideoque diutius in cogitatione detinetur, inf. praes. cum aoristo coniunctus est ib. 100, 2: *τούτῳ δὲ συνετέτακτο πλοῖα παρασκευάσασθαι καὶ πᾶσαν τὴν ἄσφαλτον σ. εἴς τινα τόπον.*

Multo autem saepius formae aor. reperiuntur, quod puto notione ipsius comp. effici. Nam illud colligere perfectum et finitum esse solet, priusquam aliud eveniat. Ind. act. legitur XI 34, 4: *συνήγαγον τοὺς ἅπαντας εἰς δέκα μυρι-*

άδας, 6, 425, 5: *σ. ἐκκλησίαν*, 67, 7: *τὸ μὲν πρῶτον ἐπεχείρει..*, *ὡς δ' ἑώρα..*, *σ. ἐκ τῆς Κατάνης τοὺς ἀποικισθέντας*, 72, 2. 92, 2. XII 61, 1: XIII 8, 4. 47, 1: *τὰ ναυάγια σ.*, 54, 1. 63, 4. 64, 3. 69, 1. 80, 5. 105, 1: *πανταχόθεν σ. τριήρεις* (v. supra), XIV 4, 5: *τὴν βουλήν*: 21, 5. 38, 4: *σ. εἰς ἐκκλησίαν τὰ πλήθη*, 44, 2. 54, 5. 45, 2. 81, 1. 95, 1. XVI 34, 4. 37, 3. XVIII 33, 5; metaphorice adhibetur IV 23, 6: *σ. ἡ τύχη τὴν ἔριν*; part. II 27, 7: *πλῆθος στρατιωτῶν σ. ἧκον*, XI 2, 3. 90, 3. XII 55, 10. XIII 7, 8. 96, 4. 98, 1. 111, 1. XIV 3, 5. 50, 3. 64, 4. XV 21, 2. 24, 1. 66, 6. 74, 5. XVI 4, 3. 10, 3. 13, 2. 18, 3. 27, 2. 68, 5. 78, 2. 79, 2. XVII 14, 1. 39, 2. 74, 3. 94, 4. XVIII 30, 2. 50, 5. 64, 3. 69, 3. XIX 9, 1. 12, 5. Ind. aor. pass. legi XI 68 2: *ταχὺ συνήχθη δύναμις*, XIII 49, 3. 57, 6: *αἰχμάλωτα σώματα*, 80, 5. XV 68, 2. XVII 14, 1. 73, 5; part. X f. 5, 4: *συναχθείσης τῆς στρατιᾶς ἠριθμήθη* .. XI 5, 3. 12, 6. 29, 2. 50, 2: *συναχθείσης τῆς γερουσίας ἐβούλευον*. 50, 3. XII 9, 4. XIII 99, 4. XIV 44, 5. XV 78, 4. 80, 3. XVI 20, 6. 89, 3. XVII 15, 1. XVIII 66, 4.

Praeterea v. *ὑπαγειν* semel legi inf. aor. XIX 96, 2: *τοῦτο δ' ἔπραττε βουλόμενος ὑπαγαγέσθαι τοὺς βαρβάρους εἰς ῥᾳθυμίαν*.

Haec fuerunt, quae de v. *ἄγειν* et compositis dicerem ac fortasse pro eis quae erui admodum longus eram. Omnium quae investigavi summum esse mihi videtur, quod illa verba, cum notione intr. sunt, aut numquam aut perraro formis aoristi exprim. Jam vero, ut supra significavi de intr. *προάγειν* ‚procedere, proficisci' sum dicturus.

X. De usu intr. v. *προάγειν*.

V. *προάγειν* intr. ut apud Polybium ita apud Diodorum permulta exstant exempla. Sed cum in libris Polybii uno loco V 62, 1 aor. inveniatur idque recte, quod F. Hultsch

luculenter demonstravit (l. c. I 1891 p. 73, 5), in libris Diodori, si eis, qui codices inspexerunt, fidem habere licet, ubique vel impf. praes. leguntur. Quae res iterum docet Diodorum multo severius quam Polybium regulas sermonis, quas sibi constituerat, observavisse.

Omnes locos, quibus *προάγειν* traditum est, accurate collegi sed pauca afferre in animo est. Neque eos secundum praepositiones, quibus *προάγειν* adiunctum est, disposui — cum nihil me aut paulum hac re proficere vidissem — sed sic eos enumeravi, ut in libris leguntur. Ceterum res paene eadem est, quam in v. *ἥκειν* cognovimus. Ad impf. pariter atque ad aor. semper impf. (praes.) v. *προάγειν* invenitur appositum. Velut cum aor. coniunctum legitur I 67, 3: *οἱ μὲν Αἰγύπτιοι παροξυνθέντες.. ἀπέστησαν καὶ προῆγον ἐπ' Αἰθιοπίας κεκρικότες.. καταχτᾶσθαι*, II 18, 6: *φυλακὴν κατέλιπε, τῇ δ' ἄλλῃ στρατιᾷ π. ἐπιδιώκουσα τοὺς Ἰνδούς*, impf. solum IV 24, 7: *περαιωθεὶς π. διὰ τῆς παραλίας*, 28, 2: *π. διὰ τῆς Θρᾴκης*, 32, 3: *ἐπὶ τὴν πόλιν*. XI 2, 3: *συναγαγὼν δυνάμεις π. ἐκ τῶν Σούσων*, 3, 6: *ἐκ τῶν Σάρδεων*, 4, 6: *ἐπὶ τὰς Θερμοπύλας*, 5, 1. 14, 1: *ἀναζεύξας π. διὰ τῆς Φωκέων χώρας*, 20, 3: *μετὰ τῆς δυνάμεως ἐπὶ τὴν Ἱμέραν*, 22, 2. 31, 3: *ἔφυγε καὶ π. ἐπὶ τῆς Φωκίδος*, 36, 7: *μετὰ τῆς στρατιᾶς π. ἐπ' Ἐκβατάνων ποιούμενος τὴν πορείαν*, 40, 1: *οἱ πρέσβεις π. εἰς τὴν Σπάρτην*. Cf. praeterea 77, 1. 81, 5. XIV 19, 6. 23, 1. 27, 2. XV 41, 4. 42, 4. 52, 5: *ὁ γραμματεὺς π. ἔχων δόρυ καὶ ταινίαν*, 62, 4. 63, 2: *μετὰ τῆς δυνάμεως κατὰ σπουδὴν*, 63, 3. 63, 5. 69, 2. XVI 9, 5. 9, 6. 38, 1. 42, 1. 43, 1. 45, 1: *τοῦτον μὲν ἀπέλιπε.., αὐτὸς δὲ π. ἐκ τῆς πόλεως*, 46, 4. 78, 2. 79, 2. 79, 4. XVII 7, 3. 18, 4. 19, 1. 21, 7. 24, 1. 32, 3. 49, 4. 49, 6: *κατὰ σπουδήν*. 52, 3. 54, 7. 55, 5. 56, 4. 58, 1. 65, 2. 67. 3, 68, 1. 72, 5: *μετ' ᾠδῆς π. ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τὸν κῶμον*, 78, 4. 83, 3. 85, 1. 90, 4. 93, 1. 96, 1. 96, 3. 105, 3. 110, 3. 112, 1 bis; XVIII 14, 5. 15, 1. 15, 6. 23, 4: *π. συμμίξων Ἀντιπάτρῳ*, 33, 1. 39, 7. 40, 1. 44, 1. 47, 4. 52, 2: *ἐν τάχει π. βοηθήσων*, 52, 3. 59, 1. 63, 6. 73, 1. 73, 2. XIX 19, 4: *αὐτὸς μὲν μετὰ τῆς φάλαγγος π., ἐπὶ δὲ τῆς οὐραγίας ἔταξε Πύθωνα*, 21, 2. 24, 6. 26, 6.

35, 1. 38, 6. 39, 4. 55, 1. 60, 3. 77, 5. 80, 1. 84, 1. XX 15, 6. 29, 2. 37, 3. 42, 1. 58, 2. 58, 6: *π. συντονώτερον*, 69, 1. 73, 2. 73, 3. 108, 3. XXIX f. 24: *ὁ Σέλευκος π. ὡς ὑπερβησόμενος τὸν Ταῦρον*, XXXII f. 6, 4: *τούτοις μὲν οὐδὲν ἐλάλουν, τὰς δὲ κεφαλὰς τύπτοντες π. εἰς τὴν ἀγορὰν καὶ τῇ γερουσίᾳ ἀπήγγειλαν τὰ προστεταγμένα*, 15, 5. XXXVI f. 4, 2: *π. καὶ παρῆλθε*, 4, 6: *διήρπασεν - π.*, XXXVII fr. 13, 1.

Rarius part. et inf. praes. leguntur. Part. praes. interdum invenitur, ubi omni modo part. aor. exspectaveris, velut XV 52, 1: *οὗτοι προάγοντες ὡς ἧκον εἰς Κορώνειαν, κατεστρατοπέδευσαν*. Sed hic scriptor adeo usu sermonis obstrictus est, ut ab aor. protinus abhorreat. Loci, quibus part. pr. invenitur, hi sunt I 67, 5: *προαγόντων δ᾽ αὐτῶν παρὰ τὸν Νεῖλον καὶ τοὺς ὅρους ὑπερβαλλόντων τῆς Αἰγύπτου ἐδεῖτο μετανοῆσαι*. II 18, 2: *προάγουσα ἐπὶ τὸν Ἰνδὸν παρεγενήθη*. XI 22, 2. 36, 2: *προελομένων βοηθῆσαι καὶ π. κατὰ σπουδήν*, XIV 60, 2: *Λεπτίνης πολὺ τῶν ἄλλων π. διηγωνίσατο*, XV 32, 4. 52, 1. XVII 40, 2: *ἔπειτα π. ἐπ᾽ Αἴγυπτον καὶ καταντήσας εἰς τὴν Φοινίκην .. παρέλαβεν*, 69, 1. 69, 2. XVIII 15, 6. 17, 3. XIX 18, 1. 91, 1. (23, 2: *ὅτι ἐστὶ πρ.*, quod in epistola ab Eumene ementita legitur, huc non pertinet). Inf. inveniuntur III 72, 4 in or. obl.: *ἔπειτα τὸν Διόνυσον π. πρὸς τοὺς Τιτᾶνας*, XI 4, 1: *ἔδοξε ταχέως ἀποστέλλειν τοὺς κωλύσοντας π. ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα τοὺς βαρβάρους*, alia exempla XI 13, 3. 30, 1. XIV 26, 2. XV 71, 5. XVIII 29, 7. 30, 1. XIX 26, 6. 37, 2. 38, 6. XX 15, 5. 28, 4. 67, 1; 102,1 cum notione perveniendi ad summam imperii: *Δημήτριος εἶχε πρόθεσιν .. τὸν Κάσσανδρον πρότερον συντρῖψαι καὶ τότε προάγειν ἐπ᾽ αὐτὴν τὴν ἡγεμονίαν*. Huc non pertinent XIX 38, 3. 93, 5, quibus locis interrog. ind., quas dicunt, leguntur, neque ind. praes. XIX 90, 2 in or. obl. cum *ὅτι*: *θεωροῦντες ὅτι τοῖς πολεμίοις ἐφ᾽ οὓς προάγουσι δυνάμεις ὑπάρχουσιν ἕτοιμαι*.

His quos dixi locis exclusis leguntur in libris Diodori impf. centum octo, part. praes. quattuordecim, inf. pariter quattuordecim: centies igitur tricies sexies v. *προάγειν* in

rebus narrandis temporis durantis forma expressum reperitur.

XI. De *στρατοπεδεύειν* et *ἀναζευγνύειν*.

Verbum *στρατοπεδεύειν* et composita, praecipue *καταστρατοπεδεύειν*, non minus crebro apud Diodorum leguntur. Sed cum in compp. perraro impf. inveniatur, v. simplex saepe formis impf., part. et inf. praes. expressum est; ubi praecipue ‚in castris consedisse, in castris esse aliquo loco' significat.

στρατοπεδεύειν plerumque forma activi dictum est, unumque locum attuli, quo inf. praes. med. legitur (XIX 18, 1), cum veteres scriptoris Attici med. praetulerint. Impf. reperitur XII 3, 2: *Ἀρτάβαζος.. διέτριβεν, Μεγάβυζος δὲ περὶ τὴν Κιλικίαν ἐστρατοπέδευε*, cf. XIII 107, 2; part. praes. XI 91, 3: *κατέλαβε τὸν Δουκέτιον στρατοπεδεύοντα περὶ τὰς Νομάς*, similiter XII 60, 4: *περιέτυχεν Ἀμπρακιώταις χιλίοις στρ.*, cf. XIII 60, 4. 95, 4: *νυκτὸς στρ. ἐπὶ τῆς χώρας καὶ προσποιηθεὶς ἐπιβουλεύεσθαι κραυγὴν ἐποίησε*, XIV 32, 2. 96, 4. 115, 5: *διετέλεσαν στρ.*, XVI 35, 4. 68, 9. 79, 2. XVIII 11, 5. 40, 2. XIX 4, 4. XX 14, 5; inf. act. XIX 21, 1; *πυθόμενοι τοὺς πολεμίους ἐν τῇ Μηδίᾳ στρατοπεδεύειν διέστησαν*, 47, 2. 93, 1. 93, 2; med. ib. 18, 1: *ἠναγκάζετο στρατοπεδεύεσθαι περὶ τὸν ποταμόν* (v. supra).

Ind. aor. legi XIII 47, 1: *παρελθὼν ἐστρατοπέδευσε*, XVI 44, 4: *ὁ βασιλεὺς παραγενόμενος εἰς τὴν Φοινίκην ἐ. οὐ μακρὰν τῆς Σιδῶνος*, cf. praeterea XVIII 70, 4. XIX 72, 5. 91, 3. 104, 1; part. XII 68, 3: *στρ. πλησίον τῆς γεφύρας εἷλε*. XIV 87, 5. 104, 1. XVI 85, 2. XVII 22, 1. 24, 3. XIX 58, 1. 65, 4. 95, 5; inf. ib. 31, 4: *ἐβιάσατο τὸ πλῆθος ἐπὶ τῶν νεκρῶν στρ.*

V. *ἀντιστρατοπεδεύειν* item plerumque est generis

act., med. inveni XIX 76, 2. Nullum notavi impf. exemplum; bis notavi part. praes., reliquis locis aor. legitur. Praes. part. est XIX 39, 6: *ἐν τετταράκοντα σταδίοις ἀντιστρατοπεδευουσῶν τῶν δυνάμεων ἐξέταξαν ἀμφότεροι τὸ στρατόπεδον εἰς μάχην.*, XX 43, 6. Ind. aor. legitur XII 8, 4: *ἀντεστρατοπέδευσαν ἀλλήλοις περὶ τὸν Ἱμέραν ποταμόν*, XIV 8, 1. XV 80, 4. 91, 2. XVI 30, 4. XVII 19, 1. XVIII 17, 1. XIX 76, 2: *ἀντεστρατοπεδεύσαντο δὲ τοῖς πολεμίοις*, 101, 2. 107, 5; part. XX 89, 2.

Eodem sensu est *ἐπιστρατοπεδεύειν* XIV 74, 5: *Διονύσιος ἐπεστρατοπέδευσε τοῖς βαρβάροις πρὸς τῷ τοῦ Διὸς ἱερῷ παρεμβολὴν ποιησάμενος.*

Longe saepissime *καταστρατοπεδεύειν* invenitur. Nullum legi impf. exemplum, part. praes. ex prioribus XX libris ter notavi: XIV 82, 8: *καταστρατοπεδεύοντος δ' αὐτοῦ εἰς Νάρυκα τῆς Λοκρίδος τὸ πλῆθος τῶν Φωκέων ἀπήντησε μετὰ τῶν ὅπλων*, ubi *εἰς Νάρυκα* quadam duarum sententiarum confusione ortum est (*καταστρτοπεδεύσας εἰς Ν. καὶ τότε καταστροπεδεύων*), XV 63, 92, 3.

Semel legi ind. aor. med. XVI 25, 2: *κατεστρατοπεδεύσατο πλησίον ποταμοῦ τινος*, reliquis locis act.: II 13, 1. 26, 3. IV 16, 1. 21, 1. Xf. 28, 1: *τοὺς Συρακουσίους νενικηκὼς κ. εἰς τὸ τοῦ Διὸς ἱερόν*, XI 14, 2. 29, 4. 91, 4. XII 61, 3. 68, 5. 79, 2: *ἐκτὸς τῆς πόλεως*, 79, 3: *πλησίον Τεγέας*, XIII 47, 4. 48, 2. 54, 4. 59, 1. 59, 6. 73, 1: *ἐν Ἀκαδημείᾳ*, 75, 2: *ἐν τοῖς προαστείοις*, 108, 3: *παρὰ τὸν ποταμόν*, 109, 2: *παρὰ τὴν θάλατταν*, XIV 14, 3. 17, 9: *ἐπὶ τῶν λόφων*, 55, 4: *πρὸς τὴν Μοτύην*, 56, 3. 58, 2. 62, 2. 90, 3. 99, 2. 100, 2. 117, 1. XV 32, 2. 52, 1. 52, 7. 84, 1. XVI 10 4. 39, 3: *περὶ τὰς πηγὰς τοῦ Ἀλφειοῦ ποταμοῦ*, ib. *περὶ Μαντίνειαν*, 46, 6. 48, 3. 50, 1. XVII 8, 3. 18, 4. 55, 5. 68, 4. 75, 1. 75, 2. 83, 1. 83, 4. 84, 1. 110,3. XVIII 16,5. 33,1: *οὐ μακρὰν πόλεως Πηλουσίου*, 33,6. 68,2. XIX 10, 4. 12, 3. 36, 6. 67, 3. 73, 3 et 6. 80, 5. 92, 3. 95, 5. 98, 1. XX 8, 7: *ἐν ὑπαίθρῳ*. 38, 2. 47, 2. 80, 1; part. XII 73, 3: *πλησίον τῆς Τορώνης κ. εἷλε*, ib. *κ. πλησίον Ἠιόνος*, XVII 4, 4. 53, 4. 96, 2. 112, 4. XVIII 46, 3. 65, 5. XIX 25, 2. 76, 4. 88, 2. XX 28, 1; inf. II 33, 3. III 72, 2. XIX 31, 3.

V. μεταστρατοπεδεύειν ter legi ind. aor. XIII 111, 2: οἱ Καρχηδόνιοι μετεστρατοπέδευσαν εἰς τὴν πόλιν, XI 30, 4: εἰς ἕτερον τόπον, item XIV 32, 3.

περιστρατοπεδεύειν inf. praes. legi XIV 116, 3: διὰ τὸ τοὺς Κελτοὺς μεγάλαις δυνάμεσι π., reliquis locis aor.: ind. XIII 49, 1. 49, 4. 59, 6. 79, 7: ἐκβιβάσας τὴν δύναμιν π. τὴν πόλιν καὶ πανταχόθεν προσβολὰς ἐποιεῖτο, XIV 15, 4. 32, 6. 103, 3. XIX 79, 1. 66, 4; part. XIII 42, 6: π. Βώλας ἐξεπολιόρκησαν, 54, 6. 62, 1: π. καὶ προσβολὰς ποιουμένων. 64, 5. XIV 48, 5. 57, 3. 105, 1. 108, 3. XIX 49, 1. 50, 7. 73,5. XX 60, 8.

Part. aor. v. προσστρατοπεδεύειν invenitur XIV 17, 9: ἐκεῖθεν τῇ Πύλῳ προσστρατοπεδεύσας εὐθὺς καὶ τοῦτο τὸ χωρίον παρέλαβεν. Legitur praeterea τὴν στρατοπεδείαν ἐποιήσατο XIV 26, 2.

Sequitur ἀναζευγνύειν. Cuius verbi formas in μι apud Diodorum non inveniri vix opus est commemorare[1]. Impf. deest; part. praes. perraro, saepius inf. praes. invenitur, sed saepissime ind. aor. Inf. praes. scriptus est XIII 58, 9: παρήγγειλαν ἀναζευγνύειν ἅπαντας, XIV 28, 8: γνόντες ἐπὶ Παφλαγονίας ἀ. ὥρμησαν, 55, 6. XVIII 59, 1: εὐθὺς οὖν παραγγείλας ἀ. προῆγεν, item 63, 3. XIX 19, 2. 26, 1. 26, 3. 26, 6. 31, 3. 32, 1. 39, 2. 110, 1; part. ib. 67, 1: Ἀλέξανδρος ἐκ Σικυῶνος ἀ. μετὰ τῆς δυνάμεως ὑπ' Ἀλεξίωνος ἀνῃρέθη, et XIV 20, 4.

Multo saepius ind. aor. reperitur, velut II 13, 1: ἡ δὲ Σεμίραμις ἐπειδὴ τοῖς ἔργοις ἐπέθηκε πέρας, ἀνέζευξεν ἐπὶ Μηδίας, XI 21, 1: ἀ. ἐκ τῶν Συρακουσῶν κατὰ σπουδήν, 75, 1. 83, 3. 88, 2. XII 27, 5. 67, 1. 68, 5. 74, 1. 80, 8. XIII 54, 6. 59, 4. 85, 1. XIV 14, 5. 21, 2. 25, 7. 27, 4. 30, 5. 33, 6. 36, 2. 39, 4. 47, 4. 53, 6. 61, 3. 84, 4. 90, 3. 90, 4. 94, 2. 101, 2. 104, 1: ἀ. ὁ Διονύσιος καὶ συνήντα τοῖς πολεμίοις, 106, 2.

---

1) XIV 20. 4: ἀναζευγνύντος αὐτοῦ τὸ πλῆθος ὑπώπτευσε τὴν στρατείαν ἐπὶ τὸν Ἀρταξέρξην γίνεσθαι lego in editione. Dind.; at vix dubium est, quin ἀναζευγνύοντος scribendum sit, cum aliis locis nullae formae ex ἀναζεύγνυμι deductae apud Diodorum inveniantur.

117, 4. XV 41, 4. 80, 3: *ἐπὶ τὴν στρατείαν*, 91, 4: *πρὸς τοὺς ἀφεστηκότας*, XVI 17, 4. 20, 2: *τοὺς μισθοφόρους πείσας παραχρῆμα ἀ.*, 32, 1. 68, 2. 68, 9. XVII 53, 3. 64, 3. 73, 1. 86, 1. 110, 5. 112, 1. XVIII 12, 2. 47, 3. 51, 1. 73, 2. XIX 12, 3. 18, 1. 19, 1. 24, 4. 32, 2. 34, 7. 53, 1. 56, 4. 58, 1. 66, 3. 73, 4. 80, 4. 89, 1. 90, 1. 98, 1. 102, 8. XX 17, 1. 47, 2. 89, 1; part. notavi II 13, 3: *ἀναζεύξασα καὶ παραγενομένη*, III 72, 2. IV 21, 5: *ἀ. καὶ διεξιών*, XI 14, 1. 83, 2. 91, 1. XIII 66, 4. XIV 14, 3. 15, 1. 29, 2 bis, 54, 2. 116, 1. XV 21, 2. 57, 2. 71, 5. XVII 17, 6. 65, 1. 67, 1. 68, 1. 75, 1. 104, 1. XVIII 7, 5. 16, 4. 34, 6. 39, 1. 44, 1. 47, 4. 54, 3 bis, XIX 17, 2. 21, 2. 54, 5. 59, 2. 67, 3. 75, 7. 77, 6. 88, 3. XX 18, 1. 35, 2, inf. in or. obl. I 17, 3.

ἐπαναζευγνύειν eodem fere sensu dictum legi XII 65, 7: *εὐθὺς δ' ἐπαναζεύξας καὶ τειχίσας φρούριον ἐν τῇ Μεθώνῃ φυλακὴν κατέλιπε.*

ἀνάζευξιν ποιεῖσθαι invenitur: inf. praes. XI 81, 4: *ἐκθέμενος ἡμέραν ἐν ᾗ τὴν ἀ. ἤμελλε ποιεῖσθαι*, part. aor. XII 43, 1: *τὴν ἀ. ποιησάμενος προῆγεν ἐπὶ τὴν Φοινίκην.*

In quarta huius disputationis parte de nonnullis navigandi verbis disseram: capite XII de v. *πλεῖν* et compp., XIII de *ἀπαίρειν*, *καταίρειν*, XIV de *πλοῦν ποιεῖσθαι*, XV de *περαιοῦν* ect. De *ἀνάγεσθαι* snpra s. v. *ἄγειν* dictum est, cui usu temporum similius atque his verbis esse videbatur. Ceterum hanc materiam quam paucissimis absolvere in animo est.

XII. De *πλεῖν* et compp.

V. *πλεῖν* eiusque compp. innumeris locis apud Diodorum inveniuntur, neque hoc in libris, quibus plerumque

res gestae Graecorum narrantur, mirandum est. Novi vix quidquam in eorum usu inveni, nisi quod haec composita ex vi praepositionis fortasse magis ad impf. vel aor. inclinant quam illa. Praeterea inter singulas operis partes quaedam differentiae, quemadmodum in aliis quoque verbis, videntur exstare, de qua re, ut supra dixi, hoc loco disserere nolo.

V. simpl. *πλεῖν* legitur impf. XII 49, 4: (*οἱ Ἀθηναῖοι*) *γνόντες τὸ γεγονὸς ταχέως πληρώσαντες ναῦς ἱκανὰς ἔπλεον εἰς τὴν Σαλαμῖνα. οἱ δὲ Πελοποννήσιοι τῆς ἐπιβολῆς διαψευσθέντες ἀπέπλευσαν εἰς τὴν οἰκείαν.* Impf. igitur indicatur Athenienses non usque ad Salaminem pervenisse; prius enim Peloponnesii ab illa insula discesserant. De conatu dicitur XIII 15, 3: *οἱ δ' ἐν ταῖς ναυσὶ παιανίσαντες ἔπλεον καὶ διέλυον τὸ ζεῦγμα*, cf. 45, 1: *ἔπλει - κατεπλάγη*, 50, 4: *ἔ. καὶ ὑπετέμοντο*, 77, 3. XIV 55, 2: *ἐπιγενομένου πνεύματος οὐρίου.. τὰ μὲν φορτηγὰ τῶν πλοίων ἔπλει διὰ τοῦ πελάγους, αἱ δὲ τριήρεις ἔπλευσαν εἰς τὴν Λιβύην*, 84, 5. XVII 111, 2.

Part. praes. legi I 56, 4: *τὸν Μενέλαον ἐξ Ἰλίου πλέοντα.. παραβαλεῖν εἰς Αἴγυπτον* (cum Troia reverteretur, in reditu), II 28, 2: *τοῖς κατὰ τὸν Εὐφράτην πλέουσιν*, IV 83, 4: *πλ. εἰς Ἰταλίαν.. καὶ προσορμισθεὶς.. ἐκόσμησε*, V 20, 1: *Φοίνικες συνεχῶς πλ. ..ἀποικίας ἐποιήσαντο*, ubi rem durantem et quasi secundariam, tempore infinitio, rem primi ordinis, qua rerum summa dicitur, aoristi forma expressit, cf. praeterea V 20, 3. VIII f. 7, 2. XIII 46, 2: *Ἀλκιβιάδης ἐπεφάνη πλ. κατὰ τύχην εἰς Ἑλλήσποντον*, 64, 2. 77, 7: *διενοεῖτο ἔξω πλ. φυγεῖν*, XIV 55, 2: *καταφανεῖς ἦσαν αἱ πρῶται πλ.*, 100, 3: *μετεώρων πλεουσῶν αὐτῶν. ὁ Διονύσιος ἐπέπλευσε* (cum in alto mari veherentur), 100, 5; inf. II 55, 4: *πλεῖν δὲ διεκελεύοντο πρὸς τὴν μεσημβρίαν*, cf. IV 41, 2. V 20, 4. XI 12, 2: 37, 2. XII 3, 1. XIII 12, 7: *μελλόντων δ' αὐτῶν τῇ ὑστεραίᾳ πλ. ἐξέλιπεν ἡ σελήνη*, 49, 5. 64, 2. XIV 49, 1. 59, 4. 84, 4.

Multo frequentiores etiam aoristi sunt. Ind. legitur IV 26,2: *ἆθλον λαβὼν ἐνεγκεῖν ἔπλευσεν εἰς τὴν Λιβύην* 29, 5. 31, 5.

V 53, 3. X f. 2, 4. XI 34, 2. 44, 2. 84, 7: *ἀναχθεὶς ἐ. εἰς Ζάκυνθον*, XII 3, 1: *ἐπὶ τὴν Κύπρον*, XIII 7, 3. 64, 4. 70, 2. 71, 1: *κατὰ σπουδὴν*, 73, 2. 76, 3. 80, 7. 100, 3. XIV 34, 3. 55, 2. 79, 6. 81, 5 cet., part. II 55, 6: *τούτους πλεύσαντας πέλαγος μέγα καὶ χειμασθέντας προσενηχθῆναι τῇ νήσῳ*, IV 37, 2. 53, 2. 56, 7. 60, 2. 61, 4. 67, 5. V 9, 2. 50, 4. 51, 1. 57, 6. 60, 3. 74, 1. 81, 6. VIII f. 30, 2. XI 44, 3. 51, 4. 88, 2. XII 27, 2. 27, 3. XIII 48, 6. 49, 4. 72, 1. 72, 2. 73, 3. 76, 4 et 5. 99, 5 et 6. 104, 7. 106, 8. XIV 34, 3. 47, 2. 49, 1. 94, 2 bis, XV 3, 3. 34, 4. 36, 5. 42, 4. XVI 7, 3. 16, 1; inf. I 30, 3. IV 62, 1. V 61, 1. XIII 78, 5 cet.

ἀνά: Impf. legi XVII 42, 4: *οἱ βάρβαροι φοβηθέντες... κατὰ πολλὴν σπουδὴν ἀνέπλεον εἰς τὴν Τύρον*. Impf. eis, quae sequuntur, satis explicatur. Studebant enim illi quidem reverti, sed diu, quod volebant, perficere non poterant; nam *ἀμφοτέρων .. ταῖς εἰρεσίαις πυκναῖς χρωμένων καὶ τῶν Μακεδόνων ἤδη πλησιαζόντων τοῖς λιμέσιν οἱ Φοίνικες παρ' ὀλίγον μὲν ἦλθον τοῦ πάντες ἀπολέσθαι κτέ*. Part. praes. legitur V 51, 4: *Θησεὺς ἐκ Κρήτης ἀναπλέων ἐπεξενώθη τοῖς ἐν τῇ νήσῳ*, inf. XV 43, 1: *συνεβούλευεν ἀναπλεῖν*.

Ind. aor. invenitur XIII 42, 3: *πορθήσας ἀνέπλευσε*, 64, 6; part. IV 32, 3: *ἔφθασαν ἀναπλεύσαντες ἀπὸ τῆς γῆς*, v. 53, 2.

ἀπό: Verbi *ἀποπλεῖν* raro legitur impf., velut V 9, 3: *ἑλόμενοι ἡγεμόνας .. ἀπέπλεον διὰ τοῦ Τυρρηνικοῦ πελάγους*, quo loco iterum impf. verbis insequentibus exponitur: *προσπλευσάντων δ' αὐτῶν τῇ Λιπάρᾳ .. ἐπείσθησαν κατοικῆσαι*, v. XVIII 20, 7; part. pr. *τούτων ἀποπλ. ὡς ἐπὶ Μεσσήνην* XIII 61, 5; inf. in or. obl. IV 27, 4: *τοὺς λῃστὰς .. φυγόντας ἀ.*, XIV 14, 9. XVI 62, 2.

Ind. aor. exempla sunt V 11, 3: *ἀποβιβάσαντες ἀπέπλευσαν*, 50, 6. VIII fr. 31. XI 51, 4. 61, 7. 88, 2. 88, 4. XII 3, 4. XIII 6, 6. 13, 7. 40, 6: *χρήματα πραξάμενοι ἀ. εἰς Σηστόν*, 40, 6. 46, 5. 47, 1. 49, 1. 73, 5. XIV 50, 4. 96, 4, part. XI 13, 3. 37, 1. XIII 5, 6; inf. XV 79, 1.

διά: Nullum video impf. aut praes. exemplum a me notatum nisi XIII 78, 4: *οὗτος μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν διέπλει, Κόνων δ' ἅμα τῷ προσπλεῦσαι.. κατεσκεύαζεν*. Aor. ind. legi XI 84, 7: *εἰς τό πέραν διέπλευσε*, XIII 79, 5. XIV 3, 4. XV 74, 1; part. III 65, 5: *λάθρᾳ τούτου διαπλεύσαντος τὸν Λυκοῦργόν φασιν.. πάσας ἀποκτεῖναι*, IV 49, 3. XIII 3, 3. XIV 39, 2. 40, 3; inf. I 33, 1. Inf. aor. *διεκπλεῦσαι* XI 13, 2: *διέγνωσαν.. τὸν Εὔριπον δ.*

εἰς: Impf. legi XIV 62, 2: *νῆες εἰσέπλεον ἐν τάξει τὰς εἰρεσίας ποιούμεναι*. Cum antea simpliciter aoristo narratum sit: *Ἰμίλκων κατέπλευσεν εἰς τὸν μέγαν λιμένα τῶν Συρακοσίων*, ille adspectus imperfecto describitur. Inf. praes. cum inf. aor. legitur XV 42, 3: *οὐκ ἦν ῥᾳδίως εἰσπλεῖν οὔτε.. προσπελάσαι οὔτε.. προσελθεῖν*, part. aor. XIV 50, 3: *εἰσπλεύσας διέταξε*, XV 47, 5.

ἐκ: Impf., quantum scio, non legi; part. vel inf. praes. inveniuntur, XV 74, 1: *καταλαβὼν ἐκεῖ ναῦν ἐκ πλέουσαν* (e portu exeuntem navem), IV 61, 4: *μελλόντων ἐκπλεῖν*, XIII 61, 3: *συνεβούλευσε τὴν ταχίστην ἐ.* Ind. aor. saepissime reperitur, velut IV 67, 5: *τὴν Ἄρνην ἀναλαβόντες ἐ. μετὰ πολλῶν φίλων*, 79, 1: *ἐκ τῆς Κρήτης*, V 11, 3. XI 18, 2: *ἐ. καὶ τὸν πόρον κατεῖχον*, 20, 2. 34, 3. 60, 3. 66, 3. XIII 5, 4. 34, 3: *πρὸς Ὠρωπόν*, 45, 1: *ἐ. σπεύδων συμμῖξαι*, 62, 6. 64, 2. 66, 1. 66, 3. 67, 1. 69, 4. 97, 1. 97, 2. 114, 2. XIV 36, 2. 83, 5. 84, 6. 99, 4. XVI 6, 6; part. IV 61, 5: *ἔλαθεν ἐκπλεύσας νυκτός*, 77, 6. V 50, 3: *ἐ. καὶ διὰ τῶν Κυκλάδων νήσων κομιζόμενον κατασχεῖν τὴν Στρογγύλην νῆσον*, VI f. 1, 4. XI 88, 4. XIII 36, 4, 39, 1. 42, 2. 50, 1. 64, 6. 69, 5. 70, 2. 84, 5. 88, 5. XIV 50, 2. 55, 3. 81, 5. XVI 54, 4; inf. in or. obl. IV 48, 5. 49, 6. 77, 6. Huc adicio *συνεκπλεῖν*, cuius ind. aor. legitur IV 15, 4: *σ. εἰς Κόλχους*.

ἐπί: Verbi *ἐπιπλεῖν* saepius quam horum, quae enumeravimus, compositorum impf. invenitur. Quod mirum non est. Nam notio advehendi pariter atque praetervehendi (*παραπλεῖν*) et circumvehendi (*περιπλεῖν*) ea est, ut diutius mente retineatur res gerenda ac permaneat.

Exempla impf. sunt XI 18, 6: *οἱ δ' Ἀθηναῖον θεωροῦντες τὴν ταραχὴν ἐπέπλεον τοῖς πολεμίοις*, XII 31, 5: *ἐ. καὶ ἐπόρθουν*, XIII 9, 3. XV 34, 4. XX 50, 5: *Πτολεμαῖος δὲ τὸ μὲν πρῶτον ἐ. κατὰ σπουδήν, ὡς δ' ὁ στόλος.. ἑωρᾶτο, αὐτὸς παρεσκευάζετο.* Part. praes. scriptum est XIII 10, 1: *οἱ Συρακόσιοι καθ' ἡμέραν ἐπιπλέοντες ταῖς ναυσὶν ἐξήπτοντο τῆς μάχης* (cotidie pugnare solebant), eadem de causa 105, 2. XV 30, 5: *ταῖς Κυκλάσι νήσοις ἐ. προσηγάγετο Πεπάρηθον*, cf. ib. 34, 5; inf. XI 18, 3 ol.

Ind. aor. legitur XI 12, 5: *τέλος οἱ Ἕλληνες παντὶ τῷ στόλῳ τοῖς πολεμίους ἐπέπλευσαν*, 31, 2. XII 28, 1. XIII 71, 2. 71, 4. XIV 62, 4. 64, 1. 100, 3. XV 14, 2. 73, 4. XVI 18, 4 a. l.; part. XI 68,3: *ἐπιπλεύσας ἐπὶ τοὺς πολεμίους*, XIII 9,6. 99,3. 106, 4. XV 3, 4. 3, 5. XIX 50, 5; inf. XIII 109, 5. XV 13, 1.

κατά: *κατα πλεῖν* omnium compp. v. *πλεῖν*, quae apud Diodorum reperiuntur, puto frequentissimum esse. Sed inter plurima exempla aoristi unum imperfecti notavi XX 16,4: *ταῖς Συρακούσαις νύκτωρ προσεπέλασαν καὶ στεφανωσάμενοι καὶ παιανίσαντες κατὰ τὸν πλοῦν ἅμ' ἡμέρᾳ κατέπλεον ἐπὶ τὴν πόλιν. αἱ δὲ φυλακίδες τῶν Καρχηδονίων αἰσθόμεναι κατὰ σπουδὴν ἐπεδίωκον*, tum sequuntur *ἀγὼν τῆς εἰρεσίας ἐγίνετο.*

Part. praes. exempla sunt I 95, 3. IV 40, 4: *ξενοκτενούντων τῶν ἐγχωρίων τοὺς καταπλέοντας*, 44, 2. 45, 2. 46, 1. V 6, 5: *τὸ πλῆθος τῶν κ. Ἑλλήνων τὴν διάλεκτον αὐτῶν ἔμαθον*, XIII 54, 3. XIV 76, 2; inf. IV 61, 4. 61, 6. XIV 60, 1.

Sequuntur exempla aor., de quibus nihil praeterea dicere opus est: ind. V 58, 2. 59, 2. 59, 4. 60, 5. X f. 16, 4. XI 12, 3: *κ. πρὸς ἄκραν*, ib. *εἰς Ἀφέτας*, 14, 5. 19, 4. 26, 5. 51, 4. 60, 3. XII, 8, 2: *εἰς τὴν νῆσον*, 10, 5. XIII 4, 3. 5, 5. 39, 1. 41, 2. 41, 4. 54, 2. 61, 1. 63, 1. 64, 1. 69, 1. 100, 3. 100, 6. 101, 4. 104, 2. 104, 3. 107, 2. XIV 3, 5. 9, 3. 49, 2. 62, 2. 79, 4. 84, 4. XV 34, 4. 35, 2. 42, 4. 45, 7. 70, 1. 92, 1. XVI 9, 1. 9, 4. 18, 3; part. IV 16, 2. 32, 3. 50,3. 56, 5; 79, 6. V 53, 4. 58, 1. XI 20, 2. 60, 2. 74, 3. 78, 2. 84, 6. XII 3, 3. XIII 3, 4. 7, 8. 39, 2. 43, 4. 45, 5. 47, 8. 63, 2. 76, 3. XIV 10, 3. 55, 4. 84, 5. 85, 2. 88, 1. 97, 3. 97, 4. XV 14, 4. 43, 5.

47, 1. 74, 1. 95, 3. XVI 3, 5. 6, 5. 9, 2; inf. IV 46, 3. 56, 3. 79, 6. 82, 4. V 61, 2.

παρά: Impf. legitur XIII 15, 1. post aor. *Νικίας οὐκ ἐπέμεινεν.. ἀλλά καταλιπὼν ..ἀνέβη καὶ παρέπλει τὰς τριήρεις τῶν Ἀθηναίων ἕκαστον προσφωνῶν καὶ ἐδεῖτο*, XVIII 51, 7: *π. τὴν παραθαλάττιον καὶ .. ἀπεκόμζον*. Part. praes. inveniuntur IV 49, 2. XIII 38, 5: *θεωροῦντες παραπλέοντας ἀνήχθησαν*, XIV 59, 3. XV 3, 4; XVI 35, 5 part. aor. excipiens: *τῶν δὲ περὶ τὸν Ὀνόμαρχον καταφυγόντων εἰς τὴν θάλατταν καὶ τυχικῶς π. τοῦ Ἀθηναίου Χάρητος πολὺς ἐγένετο φόνος*. Inf. praes duo attuli exempla XIV 55, 4: *τὰς τριήρεις π. ἐκέλευσεν*, 59, 1.

Ind. aor. legi XI 27, 1: *ὁ στόλος παρέπλευσεν εἰς Σάμον*, XIII 3, 4 bis 4, 3. XIII 48, 6. 76, 6. XIV 81, 4. XV 47, 3; part. XI 84, 6: *εἰς τὸ Πύθειον*, XIII 6, 1. 6, 4; XIV 59, 3: *κατήντησε τῆς Ναξίας ἐπὶ τὸν προειρημένον τόπον ἅμα καὶ Μάγωνος παραπλεύσαντος*, ubi part. aor. sic fere explicandum est: *παρέπλει τὴν παραθαλάττιον καὶ ἔπλευσεν εἰς τὸν προειρ. τόπον*. Omnibus enim locis, quibus regio, in quam illud *παραπλεῖν* conversum est, indicatur, aor. paene postulatur, quod res gerenda hoc modo in unum quasi cogitur et certo exitu finitur. E contrario paulo infra legitur *οὐκέτι δυνατὸν ἦν τὴν πεζὴν στρατιὰν συμπαράγειν παραπλεούσαις ταῖς ναυσίν*. Inf. aor. est XIII 49, 5: *ἐφιλοτιμήθησαν παραπλεῦσαι*.

Verba *συμπαραπλεῖν* legi impf. XI 5, 1: *πορευομένῳ συμπαρέπλει πᾶς ὁ στόλος*, part. praes. IV 18, 2: *συμπ. τοῦ στόλου... ἀπήλασε τὰς ἀγέλας*, XI 20, 3. 77, 1. XIV 56, 2 inf. XII 21, 2. Praeterea attuli exemplum ind. aor. XIV 100, 2: *συμπαρέπλευσε καὶ ὁ στόλος ἐπὶ θάτερα μέρη τῆς θαλάττης* (v. quae supra dixi s. v. *παραπλεῖν*).

περί: Impf. significat actionem circumvehendi nondum ad finem pervenisse, velut XV 71, 4: *ἐν ὅσῳ περιέπλει τὴν Εὔβοιαν, Θηβαῖοι κατήντησαν εἰς Θετταλίαν*, cf. XIII 39, 3: *ἀλλήλους π.*, 49, 5: *τὴν Χερρόνησον*; inf. praes. legitur XIII 13, 3: *ὁ Εὐρυμέδων ἐπιχειρήσας περιπλ. ἀπελήφθη*, part. V 50, 3.

Ind. aor. legi XIII 3, 3: *ἀναχθέντες περιέπλευσαν τὴν*

Πελοπόννησον καὶ κατήχθησαν εἰς Κέρκυραν. Nimirum cum Corcyram venissent, Peloponnesum circumvecti erant; eaque de causa aor. positus est. Cf. praeterea ib. 49, 3. XX 49, 5; part. XIII 61, 2: *περιπλ. καταλαβέσθαι*, XIV 50,2.

πρό: Notavi part. praes. XIV 83, 6: *ταῖς προπλεούσαις (ναυσὶ) συμβαλὼν ἐπροτέρει*, ind. aor. XIII 50, 1: *Ἀλκιβιάδης πολὺ προέπλευσε.*

πρός: Impf. invenitur XIV 79, 7: *οἱ Λακεδαιμόνιοι τὴν ἀπόστασιν τῶν Ῥοδίων ἀγνοοῦντες προσέπλεον τῇ νήσῳ.* Impf. Diodorus usus est, quod illi cursum, quo tendebant, non perfecerunt: nam *Ῥόδιοι καὶ Κόνων καταγαγόντες τὰς ναῦς εἰς τοὺς λιμένας ἐπλήρωσαν σίτου τὴν πόλιν.* Part. praes. est XI 61, 2: *πρ. τοῦ στόλου* ,cum classis adveheretur', XIII 17, 1 iterative positum: *τοὺς πρ. ἠρώτων .. τοὺς πρ. ἀνέκρινον*, XIII 71, 3. 77, 7, XIV 74, 1. XVII 41, 1: *ποσπλέοντες κατεγέλων* (quod conferas cum *πρωσπλεύσαντες κατέτρωσαν* ib. 42, 1), 102, 4.

Aor. part. legi III 39, 6. IV 30, 2: *ἐπανιὼν καὶ πρ. διέτριψεν*, 49, 1. V 9, 3. 11, 3. XI 34, 4. 34, 5. XII 3, 4. XIV 72, 3. XVI 7, 4. XVII 42, 1; inf. XI 34, 4: *προσετέτακτο πρ.* XIII 38, 6. XIV 30, 3.

σύν: Verbi *συμπλεῖν* impf., de consuetudine dictum, legitur XV 45, 2: *οὗτοι πρὸς Τιμόθεον καταφυγόντες συνέπλεον αὐτῷ καὶ συνεμάχουν*, part. praes. IV 43, 1. 44, 2. XIII 86, 5: *τὴν πορείαν ἐποιοῦντο συμπλεουσῶν τῶν νεῶν*, part. aor. IV 48, 6: *Γλαῦκον συμπλεύσαντα προειπεῖν.*

XIII. De *ἀπαίρειν, καταίρειν, διαίρειν.*

Hoc capite disseretur de v. *ἀπαίρειν* ,ancoras tollere, solvere navem, navi proficisci', *καταίρειν* ,ancoras iacere, naves constituere', *διαίρειν* ,per mare navigare'. Locus in quem navigatur, praepositione *εἰς*, apud *ἀπαίρειν* etiam

47,
79.

ἐπ.
τρ.
51
p
π
e
λ.
g
7

XIV. De ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν cet.

Pro *πλεῖν* et compp. Diodorus interdum scripsit *ποιεῖσθαι τὸν πλοῦν, ἀπόπλουν, εἴσπλουν, παράπλουν* alia. Quem usum paucis illustrare exemplis satis videtur esse.

τὸν πλοῦν ποιεῖσθαι legitur impf. XVII 96, 1: *ἐμβὰς τ. πλ. ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν ἐποιεῖτο*, 97, 1: *διὰ τοῦ ποταμοῦ*, XVIII 21, 2: *τούτους ἀνέλαβον, τὸν δὲ εἰς Κυρήνην πλ. ἐποιοῦντο*, cf. XX 52, 4. Impf. eisdem de causis positum est, quas multis locis exposui. Part. praes. invenitur XIV 19, 5: *ἀνήχθησαν τ. πλ. ὡς ἐπὶ Κιλικίας ποιούμενοι*, XVII 102, 1: *τ. διὰ τοῦ ποταμοῦ πλ. π. κατῆρεν*, XX 65, 5, inf. ib. 32, 3; ind. aor. XII 43, 5: *προσαγαγόμενοι τ. εἰς τὰς Ἀθήνας πλ. ἐποιήσαντο*, XIII 40, 6: *ἐπὶ Κύζικον*, 47, 7: *ἐπὶ νήσων*, 71, 4: *εἰς Σάμον*, XIX 64, 5: *ἐπὶ Παμφυλίας*, part. IV 17, 4: *ποιησάμενος τ. πλ. κατῆρεν εἰς τὴν Λιβύην*.

Praeterea notavi *τὸν ἀπόπλουν π.*, part. aor. XI 24, 2: *ἔφθασαν αὗται (αἱ νῆες) τ. ἀ. ποιησάμεναι*, inf. XVI 68, 5: *τ. εἰς Κόρινθον ἀ. π.*, *τὸν εἴσπλουν π.*, inf. praes. XV 42, 4: *ἔγνωσαν ποιεῖσθαι τ. εἴσπλ.*, part. aor. XX 50, 5: *ἐπέπλει νομίζων φθάσειν τ. ε. ποιησάμενος*, *τὸν ἔκπλουν π.* IV 42, 1: *ἐκ τῆς Ἰωλκοῦ τ. ἐ. ποιησαμένους καὶ παραλλάξαντας περιπεσεῖν*, *τὸν ἐπίπλουν π.* part. praes. XIV 60, 4: *αἱ λοιπαὶ τῶν νεῶν ἀτάκτως τ. ἐ. ποιούμεναι ἐχειροῦντο*, ind. aor. XIII 50, 2: *Μίνδαρος τ. ἐ. ἐποιήσατο*, XIV 72, 4, inf. ib. 72, 1: *ἐπέταξεν τὸν ἐ. ποιήσασθαι*, *τὸν παράπλουν π.* XIX 58, 5: *ποιούμενοι τ. π. ἄθυμοι καθειστήκεσαν*.

XV. De περαιοῦν, περαιοῦσθαι cet.

In exitu primae partis harum quaestionum de *περαιοῦν, περαιοῦσθαι, διαπερᾶν, διαπεραιοῦν* dicturus sum, sed admodum paucis.

V. *περαιοῦν τινά* ‚traicere aliquem' inveni inf. praes. XVIII 25, 4, cum inf. aor. coniunctum *ἔδοξε πρὸς μὲν Αἰτωλοὺς διαλυθῆναι τὰς δὲ δυνάμεις περαιοῦν εἰς τὴν Ἀσίαν*, XIII f. 11, 1: *ἔφη γὰρ ἑαυτὸν ἐξ Ἰταλίας εἰς τὴν Ἑλλάδα μέλλοντα περ. τὰς δυνάμεις ἀποθεωρῆσαι τὴν ἀνατολήν*, ind. aor. XV 15, 2: *πολλὰς μυριάδας στρατιωτῶν ἐπερ. εἰς τὴν Σικελίαν*, XIX 35, 2, part. III 65, 5: *τὸν Διόνυσον περαιώσαντα τὰς δυνάμεις μάχῃ κρατῆσαι*, V 25, 4: *Καῖσαρ .. ἔζευξε καὶ περ. τὴν δύναμιν ἐχειρώσατο*, XIV 100, 2. 103, 3. XVII 19, 3. XVIII 29, 4. XIX 17, 2.

Pass. aut absolute dicitur aut cum acc. viae, velut impf. XVI 66, 2: *τρεῖς ναῦς προσλαβόμενος ἐπεραιοῦτο τὸν Ἰόνιον πόρον.* Impf. autem usus est, quod illud traicere tum non statim finitur; narrat enim verbis sequentibus, quid Timoleonti Corinthio mare Ionium traicienti acciderit: *ἴδιον δέ τε καὶ παράδοξον συνέβη γενέσθαι τῷ Τιμολέοντι κατὰ τὸν πλοῦν.* Part. praes. eadem de causa legitur IV 47, 1: *περαιουμένων δ' αὐτῶν εἰς τὴν Ἀσίαν .. τὴν μὲν παρθένον ἀποπεσεῖν, τὸν δὲ Φρίξον πορευθέντα .. καταχθῆναι πρὸς τὴν Κολχίδα* (traiciens enim illud mare in fluctus decidit), cf. XIV 103, 4. XVIII 34, 735, inf. ib. 35, 6: *ἀναγκασθέντων περαιοῦσθαι τὸ ῥεῖθρον.* Ind. aor. invenitur XIV 95, 1: *καθοπλίσαντες ἐπεραιώθησαν εἰς Σικελίαν*, part. IV 24, 7: *περαιωθεὶς εἰς τὴν Ἰταλίαν προῆγε διὰ τῆς παραλίας*, 28, 2. V 2, 1. 6, 3. 77, 4. 81, 2. XIII 54, 2: *π. τὸ πέλαγος κατέπλευσε*, 54, 6 inf. I 20, 1. V 60, 2.

Part. aor. pass. v. *διαπεραιοῦν* legitur V 48, 3: *εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ σχεδίας διαπ. κτίσαι Δάρδανον πόλιν*, v. *διαπερᾶν*, quod est sensu intr., part. praes. XXIII fr. 18, 1: *πρὸς Σικελίαν διαπερῶντες ἐγγὺς τῆς Καμαρίνης ἐκινδύνευσαν*, ind. aor. XXI f. 8: *Ἀγαθοκλῆς συναθροίσας δυνάμεις εἰς Ἰταλίαν διεπέρασεν.*

* * *

Haec igitur, quae prima harum quaestionum parte disserenda mihi proposueram, quantumcunque vires meae et

curae praestare potuerunt absolvi. Sed quoniam errare humanum est, ignoscas quaeso, benevole lector, si quid a me peccatum inveneris. Praeterea ne quis hoc aut illud verbum desideret neve me temere omisisse opinetur, non omnia afferre in animo erat sed ea tantum, de quibus disputare operae pretium esse visum est. Secunda pars quae contineat, in eis quae praefatus sum, iam exposui. Quam priusquam in lucem ederem, primam doctissimis viris ut primitias studiorum, quae Diodoro contribui, proponere volui. Denique tertiam, qua de libris ex quibus Diodorus sua hausit, disseram, sum additurus.

De secunda parte liceat iis, quae supra dixi, nonnulla adicere. Qua de illis verbis disserui, quae in libris mss propter similitudinem literarum facile commutari poterant velut *βάλλειν γίνεσθαι ἔχειν* cet. At cum nihilominus auctoritas optimorum codicum magni sit momenti, iterum valde dolendum est, quod priori recensioni, quae praesto est inde a libro XIII, non penitus fidem habere possumus; neque ea quam F. Vogel curavit, si quid video, omni ex parte sufficit; nam interdum res non satis clare perspexisse aut non satis perlucide exposuisse mihi videtur. Sed nonnulla, quae partim initio huius libelli explicavi, prope certo licet contendere. Veluti *παραγίνεσθαι*, *ἐπιγίνεσθαι*, *προσγίνεσθαι πλησίαν*, *ἐγγὺς γίνεσθαι* a Diodoro semper puto, ubi res gestae narrantur, forma aor., numquam impf., inf. ac part. praes. dicta esse. Et sine dubio uno loco, quo *ἐπιγινόμενος* legitur, XIII 88, 9: *εὐθὺς, οὖν ἐπιγινομένης τῆς νυκτὸς παρήγγειλαν ἀναζευγνύειν ἅπαντας*, si revera hoc traditum est, *ἐπιγενομένης* scribere oportet. Pariter semper *ἀπὸ τούτων γενόμενος* ‚his rebus gestis‘ apud Diodorum invenitur. Neque *ἐπιβάλλεσθαι* ‚incipere vel conari‘ ‚sich mit etwas befassen‘ ullo loco ind. impf. expressum est. Part. praes. raro legitur, semel inf., sed, quatenus Bergmanni collatio praesto est, in libris deterioribus, si recte Vogelium intelligo, qui suo more v. subscripsit, part. aor. *ἐπιβαλόμενος* traditum videmus V 20, 4: ***Τυρρηνῶν θαλαττοκρατούντων καὶ πέμπειν ἀποικίαν ἐπιβαλλομένων***

ἐκώλυσαν αὐτοὺς Καρχηδόνιοι, ib. 81, 7: *ἐπιβαλλόμενος τὰς σύνεγγυς νήσους ἰδίας κατασκευάζειν ἐξέπεμψεν ἀποικίαν*. Praeterea part. praes. legitur XVII 69, 1. XVIII 50, 1. 64, 2, inf. ib. 10, 4. XXIV f. 3, 1. Contra innumera exstant exempla part. et inf. aor. Sane cavendum est ne in eiusmodi regulis constituendis iustum modum transeamus.

Qua de causa de v. *προσέχειν* formis caute agendum est. Quod item sescenties legitur semperque in prioribus XII libris fide optimorum codicum impf. sive praes. confirmatur. Ind. aor. in recensione, quam Dindorf exhibet scriptum video XV 92, 3. XVII 3, 4. 59, 7. XIX 30, 7; part. XIV 8, 6. XXXII f. 15, 3. Res igitur maxime dubia est neque, antequam, quid in codicibus sit, certo cognitum est, diiudicare audeam. At *ἀντέχειν τινί*, *ἀντέχεσθαί τινος* ‚studere alicui rei‘ et *ἕπεσθαι* solum exempla impf. (inf. et part. praes.) contuli.

Sed de hac re hactenus. Copiosius enim de iis verbis in parte secunda disserendum erit.

Vita.

Natus sum ego Julius Theodorus Hultzsch Lauchhammerae, in vico Saxoniae provinciae die IV mensis Junii anno MDCCCLXVI patre Beniamino et matre Hedviga de gente Kramer. Quo in vico elementis litterarum imbutus progymnasium, quod Dresdae in urbe Fridericiana conventus Liberorum Latomorum constituit, tribusque annis post gymnasium adii ad Aedem Sanctae Crucis. Unde Halas Saxonum migravi, ut literarum antiquarum et historiae studiis operam darem. Tum anno peracto Berolinum me contuli, ibique duo semestria commoratus, Halas reverti. Anno LXXXIX examen subii pro facultate docendi. Tum Torgoviae candidati probandi munere functus sum, nunc Bodenwerderae progymnasii privati sum praeceptor.

Docuerunt me viri doctissimi: Halenses Dittenberger, Droysen, Duemmler, Haym, Hertzberg, Hiller, Keil, Stumpf; Berolinenses Hoffory, Huebner, Kirchhoff, Koser, Paulsen, Schrader, de Stein, Vahlen, Zeller. Ut proseminariis, seminariis, societatibus interessem privatis Halis Dittenberger, Hiller, Keil, Droysen, Duemmler, Berolini Huebner benigne permiserunt; quibus omnibus summas ago gratias semperque agam.